



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ioannis Baptistae Egnatii Veneti In Aelivm Spartianvm, Lampridivm, Et
Caeteros, Annotationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277



IOANNIS BAPTISTAE

EGNATII VENETI IN AELIVM SPARTIANVM,
LAMPRIDIVM, ET CAETEROS, ANNOTATIONES.

EGNATIVS LECTORI.



ABITVR & hoc ipsum publicæ à nobis utilitati, uti mea opera & hi castigatissimi pariter exeant: & quæ apud hosce autores obscuriora erant, percipi facilius per me queant. Erimus autem eo breuioribus, quo ratio hæc mihi uisa comodior: & alioqui tantis & studiorum difficultatibus, & temporis angustijs premimur, uti copia simul, & rerum inquisitioni uacare mihi non liceret. Accipiant igitur nostrates homines æquiore animo istæc omnia: quando & uiatoribus siti laborantibus fontem ostendisse non ingratum sit. Nec acerbius exigi debent, quæ sponte offerunt: alioqui gratiæ & officij nomē exuant. Quinetiã & illud usus ex instituta breuitate fuerit, ut bona ingenia excitent, habeantque & illa, unde non omnia nobis, uerum industriæ quoque suæ aliquid debeant.

EX ADRIANO.

- » Posterior ab Hispaniësisibus, par differētia huius nominis Hispani, & Hispaniēsis, quæ Romani & Romaniēsis. Dicuntur enim Hispaniēses Ro. qui in Hispaniam coloni transcripti diutius in ea prouincia fuere. Hispaniēses
- » Patruo magno Aelio Adriano, maiorem patrum ueteres appellarunt aui, & auiæ patrum. Maior patruus.
- » Germaniam superiorē, frequēs multarum prouinciarum appellatio huiusmodi, quod & hodie in ipsa Germania retineamus, & de Mæsia non multo post. Germania superior.
- » Virgilianas sortes, id est, quæ ex Virgilianis carminibus fierent: quarum usus ex sacris præcipue literis hodie frequētissim⁹ est multis: non improbatæ ab heroibus olim nostris, nisi tu diuersum quid in illis sentias, quod & mihi uerissimilim⁹ multo. Sortes ex sacris literis.
- » Nicephorij Iouis. Nicephorium urbs Mesopotamiæ, ex uico in urbis formam ab Alexandro Macedone condita, ex argumento uictoriæ insignis ibi partæ Plinio, Straboni: cuius tamen codices nicephorionum corrupte habeant. Hæc postea à Constante Constantini Cæsare Constantia est appellata Stephano, unde templum Nicephorij Iouis arbitror à Spartiano dictum. Nicephorium
- » Denique statim suffragante Surra. Licini⁹ hic Surra est Traiani principis amicitia, ac familiaritate insignis: cui usque adeo fidem habuit, ut post delationem domum eius uenerit: prorsusque cum illo eius medico oculos tentandos exhibuerit, Licinius Surra.
et tonsoribus

conforticq; operam dederit: mox ad amicos conuersus, ecquid accusare amplius Surram potestis: huic mortuo sepulchrū fieri, & statuam poni iussit. huic tantæ opes fuere, uti gymnasium suis impensis publicarit.

Penula. Ad perpetuam Tribunitiam potestatem omen sibi factū asserit, qd' penulam amiserit. Penulam uestem ad arcendam pluuiam esse, qua nuncq; Imperatores uterent, Tranquillus in Caligula autor est: qui de illo ueluti probrosum, id retulit, qd' pictas, gemmatasq; penulas indueret, pluuiæ eas gratia gestari solitas locus ille apud Quintilianum, ne alium citem, probat: cum Galba negasset amico roganti penulam, nō pluit inquit, non opus est tibi: si pluet, ipse utar. Sensus igitur talis, accepisse se omen futuri imperij, quando Tribunitiam penulam amississet, quasi nunquam usus ea ueste, quam nunquam Imperatores induerent. De penula uero in Alexandro copiosius.

Penula nūq; imperatores utebantur.

Sub surrano. Tu Surra leges.

Aediles ac prætores, ludos exhibebant.

Cū H-S iterū XX ad ludos adendos accepit, obseruatū id ex historiarū mentis eos, qui ædilitate ac præturā acciperēt, ludos populo Romano magnificentissimos exhibere solitos: in quib; pleriq; magnas opes, pfunderēt: quare principum liberalitate sæpe sustentabant, ij præsertim, q affines, aut amici his essent.

Procuratores latius uagantes coërcuit. hoc genus hominū summā potestatem sibi uendicat in prouincijs, quando principū nomine his ita præessent, uti suprema quædam potestas eorū esset, omnia enim, quæ ad Cæsare pertinerēt, administrabant: prædiā insuper Cæsaris procurabant, unde & nomen. erant autem fermè eius liberti, qui hoc uel præcipuum ius haberent, ut hæreditates opulentiorum sæpe adirent, qui Cæsarem hæredem reliquissent, qui igitur eorū licentia occurrere auderent, inuidia principum sese obijciebant non sine postea periculo. Vlpianus Digestorum primo.

Et defuncto Surra Traiani ei familiaris creuit. Tu familiaritas emendabis.

Neratiū priscum. hic iuriscōsultus ætatis suæ longe princeps, cuius membrarum maxime libri septem aduocant: Traiano principi adeo charus, ut illum sibi successorē destinasse credat: cū illi temp. cōmendasset ex amicorū sententia, si quid sibi fatale cōtingeret, illum autem Traianus in consilio semper haberet.

Nerati⁹ Priscus.

Pfamatofyrin. Dion partenaspatem appellat, quem Parthi, quando indignum regno iudicabant, eiecerant.

Partenaspates.

Frugi Crassum. Cognomentū hoc Pisonum uel peculiare fuit, qui uero frugi dicantur homines, ex Cicerone id pete.

Pisones frugi.

Catillio Seuero. Cæcilius in epistolis Serenum corrupte, ut opinor, hic sit ne ille Catillius, cuius forti opera Adrianus ad comprimēdos Iudæos usus sit, ambiguum esse potest.

Aurum coronarium. hoc autē erat, quod ciuitates, & oppida nouis imperatoribus offerebant sub coronarum specie, sæpe ab optimo quoq; principum Italiae ac prouincijs condonatum.

Coronariū aurū

Statim cursum fiscalem instituit. quid si inhiuit legas reclamante etiā codicū fide: sensu tali, phibuisse Adrianū ad cōciliandam sibi famā boni principis, ne fiscus

fiscus acerbius pecunias exigeret, qd' à bonis imperatoribus cautū sæpe legas.

» In fiscum priuatum. erat enim & publicus.

» Dimensum, siue demensum Donato dicitur id, quod seruis in singulos men- Dimensum
ses ad uictum dabatur. *σπομέτριον* à græcis dictum magno errore interpretis,
qui Lucæ euangelium transtulit. unde hoc loco quod senatoribus ad certum nu-
merum & tempus dabatur, dimensum appellarit.

» Senatui legitimo. erat enim & indictus: nam Augustus princeps ad leuanda Senatus legi-
timus, Indi-
ctus.
senatorum onera statuerat, ne plus q̄ bis in mense senatus legitimus ageretur
Calen. & Idibus, neue Septembri Octobriue mense ulli alij adessent necessa-
rio, nisi sorte ducti: per quorum numerum Decreta confici possent.

» Ne esset secundæ sententiæ, qui nam rogandarum sententiarum mos esset:
quiue primæ sententiæ, aut secundæ dicerentur, id ex Gellianis noctibus pete.

» Simili alteri præfecto. Dion de Simili, ac Turbone in Adriano ad hanc sen-
tentiam: Duo per ea tempora fuere illustres uiri, Similis & Turbo: & Turbo à
paruis initijs ad summam dignitatem euectus, militaris disciplinæ scientissimus
fuit, prætorianorum etiam præfectus: & Adriano principi adeo familiaris, ut
sæpe cum illo noctes continuaret. hic nec cum morbo laborauit, domi uaquàm
fuit, præpositos rerum stantes oportere mori dicens. Similis uero ætate, & ho-
nore illum antecedeat: qui olim in consilium centurio uocatus, Turpe, inquit,
est præfectos excludi, & centurionem aduocari. tandem impetrata uacatione
secedens in Campaniam, in summo otio uixit annos septem, hoc elogio sepul-
chro addito. SIMILIS hic iacet, cuius ætas multorum quidem annorum fuit,
septem tamen uixit.

» Post hæc pfectus in Gallias, omnes causarijs liberalitatib⁹ subleuauit. quid si
causarios legas, & meli⁹: quasi dicat: omnes, qui iustas causas allegarēt inopia, li- Causarij.
beralitate Adriani sustentatos, qui uero in militia causarij dicant, nota res est.

» Larido caseo & posca. Posca acetum aqua admixta dicitur: quo potionis ge- Posca.
nere etiam nunc nostri remiges utantur.

» Triclinia de castris. triduntæ priores codices habuere. nos triclinia ex conie-
ctura emendauimus: nisi quis theridia legat. quæ sint autem theridia uasa, Cæ Theridia:
sarem, & alios græcos autores adeat. Topia autem funiculi à nostris dicta. unde Topia.
topiarium opus ex buxo in hortis frequens: iam & ex lauro inuentum delicia- Topiarium
opus.
rum est, arboribus etiam alijs compositis in hunc usum.

» Capulo uix eburneo spatam clauderet. uerbum hoc barbarum planè est, nec
nisi ab his recentioribus usurpatū. Spatha autem græcis diuersum quid est. Spatha?

» Locum castris caperet, nulli uitam, nisi robusto. emendato uitem magno li-
brariorum errore: uitis enim insigne erat centurionis, sub qua milites errantes Vitis insi-
gne centu-
rionis.
plecterentur. illud pro instituta breuitate ex Tacito non omiserim, Lucilio cen-
turioni in castris Germanicis cognomentum cedo alteram inditum esse, quod
uerberans militem uite perfracta alteram poposcisset.

» Condieta militaria, id est, pacta & conuentiones singulorum.

» Frumētarios, qui. s. domū familiarius ingrediētes, omnia cognoscere possent.

ee 2 Seditione

- » Seditione Alexadrina turbat⁹, quæ mota est ppter Herodotū ad hoc cōsule.
- » Nemaufum, Galliæ oppidum, Nimes hodie nuncupatum, in quo uestigia Nemaufum. etiam theatri uisuntur.
- » Eleufinia sacra, ab Elufi Atticæ oppido, *μυσήγεια* à græcis dicta, quæ initia nos Initia. dicimus: quib⁹ initiari etiā principes uoluere, qui bonitatis opinionē affectarēt.
- » Agonotheta, id est, ludorum præfide, græca dictione.
- » A Cappadocibus seruitia susceperat. hæc prouincia iam pridem seruos multos Cappadocia seruorū pro-
ductrix. habuit, & præcipue apud Comana: unde etiā Romā Cappadoces mittebant, qui iam pro mancipijs accipiunt: ut ex hac prouincia seruorū initium effluxisse rear, qui in Aegyptū accersiti à Sultano, imperium totius Syriæ ad se traxerint.
- » Tetrarchas. hi sunt, qui quartam regni partem retinent. Tetrar-
cha.
Antio-
chia.
- » Antiochenfes. hæc ciuitas Syriæ totius olim Metropolis habita, ad Orontē fluuium posita, & Cassio monti incubans: genus hominum leue, ac seditiosum uoluptatibusq; præcipue diffuens, graues sæpe, ac molesti principibus. Vnde cum in Iuliani principis odium incidissent, orationem in eos, quæ extat, postea reliquit, quæ à barbæ argumento *μισοπόροισιν* est dicta. hanc Christiani principes quadragesimū abhinc annum post magnas difficultates expugnatam diu possederunt, donec à Sarracenis iterum capta, desolata penè ad hanc diem relicta sit. Tredecim etiam urbes hoc nomine celebres olim fuere.
- » Titulo ægyptiacæ præfecturæ. hæc etenim quàmuis equiti demum dabatur à Cæsare: tamen propter prouinciæ magnitudinem, & gentis leuitatem, præcipuum sibi locum uendicabat. Aegy-
ptiaca
præfer-
tura. iurisconsulti.
- » Seruiano sororis uiro. hic ille est Seruianus, quem postea ne superesset sibi, mori coëgit.
- » Condicta militaria. forte breuiaria ac pycstatia hic intelligi uoluit, quibus numerus militum, ac nomina adscripta continerentur.
- » Italicis uehementissime, id est, Romanis & Italis, qui per Hispanias in colonias transcripti ibi agerent: quibus delectum detrectantibus iure uehementissime Adrianus cōsuluisse dicitur, utpote Romanis, uel Latinis ciuibus.
- » Cassio. hic Aegypti mōs iuxta Pelusium, & oppidū fuit delubro Iouis Cassij Cassius
mons. cognomēto, Magni etiā Pompeij sepulchro nobile: uel à Casso una ex cycladibus, ut putat Stephanus, uel à Cassio Cleomachi dictus, hic autē de eo, qui Antiochiæ incubat, intelligit, cuius altitudo tanta est, ut quarta uigilia orientē quis per tenebras solem aspiciat: breui circumactu suo diem, noctemq; ascendit⁹ ostētans. Ambitus ad uerticē summū undeuiginti millia passuū, p directū IIII.
- » Iouis Olympij ædem. Pausanias autor primo Iouis Olympij tēplū ab Adriano dicatum operis maxime mirabilis: ubi statuæ eius duæ Thasij lapidis, totidem Aegyptij, præcipuæ uero claritatis columnæ centū Phrygij lapidis. Quin etiam Iunonis templum & Panhellenij Iouis, omnibus cōmune Græcis delubrum: Olympij autem templum Iouis primum à Deucalione fabricatū, & tumulum eius propè positum in argumentum adducunt. Dion. Iouis
olympij
tēplum.
- » Pharasmanij. hic Massagetarum siue Alanorum rex erat. Pharas-
manius.

Antinoum

- » Antinoum suum. Hic elegantissima formæ fuit ex Bithyniæ Claudiopoli, Antinous
Adriani.
adamatus ad insaniam ab Adriano fertur, ut illi mortuo & ciuitatem construxerit, & statuas ubiq; erexerit. Dion autor.
- » Seruianū fororis uirum. Græci codices Scuerianū habent: qui cum Adriani Seuerianus.
iussu moreretur, ignem petijt: & accenso thure, uos (inquit) dij testes estote, nihil à me morte dignum esse cōmissum: tantū hoc precor ne cum uelit, mori possit.
- » Et quidem Phauorinus. is est Phauorinus Gellianis noctibus cantatissimus Phauorinus
ex Arelate Galliæ oppido, & hermaphroditus. qui tria sibi memorabilia contigisse dicebat: quod Gallus græcas literas didicerat, quod eunuchus adulteriij causam dixerat, quod Adriano principi aduersaretur & uiueret. æmulus maxime Plutarchi, cuius scriptorum copiam æquo animo ferre non poterat.
- » Phlegontis libri. hic Trallianus cum alia, tum Olympiadas scripsit, quibus Phlegon.
libris, quæ unquam gesta essent, per tempora complectebatur.
- » Catacrianos libros obscurissimos Antimachum imitatus, qd̄ Antimachum Catacriani
libri.
poetam ignotum penè per ea tempora uatem Homero præponeret, notum est, qui sint autem Catacriani libri, quærendum adhuc mihi est.
- » Ego nolo Casar esse. sunt hi trochaici numeri, in quibus per culices rotundos Culices ro
tundi quid.
Adrianus Florum Pathicum fuisse innuat.
- » Epictetum & Heliodorum. ille Hierapolitanus ex Phrygia, & Epaphroditum Epictetus.
Neronis liberti seruus, claudusq; Nicopoli Epiri consenuit, magnum in philosophia nomen adeptus. Heliodorus inter sophistas non ignobilis à Philostrato recensitus. Heliodorus:
- » Saturnalia & sigillaritia. de saturnalibus nihil est qd̄ hic addam. Sigillaritia Sigillaritia.
autem dies erant festi saturnalibus additi: quibus, ut in saturnalibus cereos, sic in his sigilla, id est, parua signa amici missitarent. Vnde autè origo hæc effluerit, ex Macrobio copiosius. Ipsi autem dies & sigillaria dicebant, ut saturnalia.
- » & locus ubi sigilla hæc uenderentur. Scæuola etiam libro de legatis III, sic Hiberes.
munit: Paterfamilias ita legauit lances duas leues, quas de sigillaribus emit.
- » Hiberū. Hiberes ponti accolæ, de quibus certatim geographi, & poetæ hodie Georgiani.
Georgiani dicti: ut nō planè Christiani, sic à fide nostra nō abhorretes ingenti olim miraculo persuasi, ut fidem CHRISTI publice susciperēt. sed & ueteres auctores Georgiam de terræ cultu hanc terrarū partem (nisi fallor) appellarunt.
- » Iulium Celsum, Saluium Iulianū, Neratium Priscum. iurecōsulti omnes per Iulius Celsus.
ea tempora celebres. Iulius em̄ Celsus is est, qui Adriano in consilio fuit, & Digestorum libros undequadrageinta cōposuit. nam Saluius Iulianus auunculus Saluius Iu
lianus,
Neratius
Priscus.
Didij Iuliani principis fuit, ab Adriano & ipse in cōsiliū adhibitus, autoritatis plurimæ. Neratio uero Prisco, qui præter alia, septem membranarum libros reliquit, adeo tribuit, ut hunc sibi de amicorum cōsensu successorem destinaret: sicut ei quandoq; dixerit: Commendamus tibi imperium, si quid fatale nobis contigerit. Pomponius, & nos hoc ipsum superius attigimus.
- » Decoctores bonorū suorum, si suæ autoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iussit. qui essent suæ autoritatis homines, qui uē alienæ, ex ce ; iureconsultis

Catamidiari iurecōsultis accipies. Illud est obscurius, quid significet catamidiari, uerbū (quod sciam) nō ab alijs usurpatum. significat autem derideri, atq; exhibitari, de grācis fontibus. hac pœna Venetijs periuri, & multinubi affici solent: ut publice futuri ludibrio mitrati exponantur, saepe etiam collo in columbari pendente.

” Si dominus in domo interemptus. Seruilem improbitatē, & audaciam ueteres grauiſſimis pœnis cōprimendam censuere: ut. s. omnes, qui sub eodem tecto agerent, interfecto domino, supplicium extremū luerent. Tacitus, id qd' Adrianus leniendū censuit, pœna his tantū statuta, qui p' uicinitatē sentire potuissent.

” Per latina oppida dictator. id ex Cicerone & Alconio discas, dictatores per oppida Latij dici solitos.

” Apud Neapolim Demarchus, id est, populi princeps.

” Athenis Archon. Principem, quem Athenienses singulis annis deligebant, id uerbum significat, à quibus Attici scriptores rerum gestarum ordinem ducunt. uerbi frequentissima mentio grācis scriptoribus.

” Militares pyrrhicas, id est, armatas saltationes. Strabo & ceteri certatim à Pyrrho inuentore dictas existimantes.

” Romæ instaurauit pantheum, & septa. pantheum tēplū Djs omib⁹ dicatū. septa autē dicebant loca in campo Martio inclusa tabulatis, in quib⁹ populus Ro. suffragia ferret: ouilia etiā à Lucano poëta dicta, de hoc loco nostri multa.

” Apud Alexandriam in Musæo. Musæum, & Serapeum, & Iseum publica Alexandriæ auditoria, & ædes à Musis, & Serapi, & Ifide dicta.

” Adrianotheras, id est, Adriani uenatica in Mysia condidit.

” Tetrpharmacū, id est, ex quatuor cibis cōpositū, de quo mox in sequētibus.

” Sederi in equis. hoc enim pleriq; principes probrosorum, & effœminatorum esse hominū credidere, quare & saepe prohibitum legas. hunc morem fœminæ nostrates retinent.

” H S IIII millies. tu ad eam normam hanc summam redige, quam in Tranquilli annotationib⁹ ostendimus. Illud obiter in Tranquillo admoneo, in Cæsare dictatore notatos p' nudatos legas, in Augusto prælucente p' præducente.

” Votorū causa. Calen. em̄ Ianuariæ uotiuæ, solennesq; erant om̄is tristitiæ. ac luctus exortes: nuncupabantq; eo die uota O S S. in totū annū p' reip. salute.

” Speciatim Attilius Seuerus. Tu uide ne Catilius.

” Animula uagula blandula. Iambici dímetri recti, non tamen usquequaq; ad legem facti.

” Sambucas. instrumentū musicum triquetrum, quo iambica canebant. Vnde quidam iambucam appellant. est & instrumentū urbis oppugnandæ frequēs. huius nominis usurpatio in sacris literis. unde & Sambuciftriæ, quas Spartianus sambucas appellasse uideri possit.

” Lyciū, Academiā, Prytaniū, Canopū, Pœcilem, Tépe, gymnasia hæc Athenis fuere. Nam & Canopum agnoscit Philostratus in Herodis Attici uita. Pœcile ꝑo porticus uaria à Latinis appellat, nobilitata etiā præter picturā marathoniæ pugnae, Zenonis stoici cōuētū, unde à porticu stoici dicti. Versus Ciceronis:

Inq;

Demar/
chus.

Archoni

Pyrrhi/
cæ salta/
tiones.

Pantheū
Septa.

Ouilia.
Musæū,
Serapeū
Iseum.

Sambu/
ca, Iam/
buca,
Sambu/
clitriæ.

Canop/
pum.
Pœcile.

- » Inq; Academia umbrifera, nitidóq; lycio
 » Fuderunt claras fecundi pectoris artes.
 Tempe uero nota sunt, quæ triplicia tradunt. Vnde & nomē ab amcenitate.
- EX ANTONINO PIO.
- » Fœnus trientarium, usuræ semisses, quæ & ciuiles dictæ sunt, iureconsultorum Fœnus trientarium.
 libris frequentes: sed trientariæ minores certe erant, cum quatuor tantum in centum recipent, à triente dictæ.
- » Vtrum arrogari uellet, differre adoptionem ab arrogatione etiam iuriconsulti docent: nam qui sui iuris sunt, arrogari: qui alieni, adoptari dicuntur. Arrogari. Adoptari.
- » Factusq; est patri, & imperio proconsulari, & tribunitia potestate collega. proconsularem dignitatem extra urbem supremam fuisse, & tribunitiam in urbe, cum hic, tum alibi facile constat.
- » Postquàm ad imperium transiimus, ita enim omnia arrogatoris erant facta legibus id sancientibus, ut arrogatus in patris potestatem transeat.
- » Quadruplatores extincti sunt. hi erant uel qui quartam bonorum partem reciperent ex accusatione, uel eorum accusatores, qui condemnati quadrupli tenebantur. unde Plauto quadruplari uerbum. Quadruplatores.
- » Species imperatorias superfluas. Esi hoc generale sit ad multa nomen, Martianus tamen iureconsultus uidetur, id quod iam uulgo etiam receptum est, Indicas, & Arabicas intellexisse, ut Cinnamomum, piper, & id genus alia. hic uero pro elegantiore omni supellectile nescio quàm probe intellexisse uidetur.
- » Puellas alimentarias, bonorū principum hæc præcipua cura, ut pueros, puellasq; etiam publice alerent: parentes etiam ad sobolem tollendam præmijs & priuilegijs inuitarent.
- » Græcostasium, siue Græcostasis. Varroni locus ante curiam hostiliam, in quo Græcostasis
 legati exterarum gentium, ac regum sederent, à parte dictus.
- » Phari restitutio ad hostiæ portam. Turris ad similitudinē Alexandrinæ erecta nauigantium commodo & securitati.
- » Tempa lanuriana. Codices alij lauriniana, quod non displicet.
- » Primus constituit, ne poenæ causa legatum relictum maneret. mutilata lectio, sensus autem ex Dionis historijs huiusmodi. Cum Cæsar dictator per senatū censuisset: ut qui testamentum facerēt, partem quandam reip. ac fisco legarent, irrito aliàs testamento, primus Antoninus decretum illud antiquauit.
- » Per ararij sui damna. ararium p fisco principali hic usurpat: & alioqui fiscum Aerarium,
 etiam publicum pro arario dictum legas.
- » Et Narbonēsis ciuitas, & Antiochenſe oppidū. uix adduci possum, ut de Antiochia hic opulentissima Asiæ ciuitate intelligat. Tu uide ne Agathēſe oppidū Agatha,
 legendū, alioqui in puincia Narbonensi Agatha oppidū geographis collocat. Lazi.
- » Pacorum regem Dadijs dedit. Lazi melius omnino, Procopio & Marcellino statuentibus Lazi in ea Asiæ parte.
- » Olbiopolitis, contra Tauroscythas accolæ ponti geographis celebres. Olbio. Olbiopolis,
 polis Græcis beata ciuitas dicta.

- » Crocutas. ex Plinio id accipies.
- » Fortunamq; auream. hanc Imperatores in cubiculo semper habebant, morturique ad successorem deferendam curabant.
- » Tiliaceis tabulis, id est, ex philyra. tenuissimæ enim confici solent, & caliditate sua plurimum senibus conferunt. Sed & libelli ueteribus ex hac materia frequentes, & coronarum lemnisci.

Tiliaceæ
tabulæ.

EX M. ANTONINO PHILOSOPHO.

- » Lupiæ Salentinorum haud procul à Brundusio geographis.
 - » Aedes Laterani. adeo insignis Lateranorū familia Romæ fuit, ut magnæ urbis parti nomen dederit. Certe Romanus pontifex Lateranensis quandoq; dictus episcopus.
 - » Apro & Pollione, & Eutichio Proculo Siccensi. Grammatici per ea tempora celebres: nam & Apri Seruius sæpe meminit. Eutichius autem Siccensis à patria, quæ in Numidia Romana colonia.
 - » Oratorib; & Herode Attico, Latino Frontone Cornelio. Inuerfa nomina, sic tamē emendanda. Hic autē Herodes Atticus cognomento, diuitijs & literatura celebris: qui Athenas præcipue patriam præclaris operibus exornarit. Gellianis noctibus frequens is. cum ingenio & eloquentia nulli secundus haberet, filium habuit adeo hebetē, ut ne elemēta quidem literarū perciperet. Philostratus. Cornelius autem Fronto insigni eloquentia fuit, cui siccum dicendi genus à Macrobio tribuitur, bimestri consulatu ab Antonino insignitus. Cuius illud fortasse sit opusculum, quod à uiro bene docto Iano Parrhasio primum in lucem uenerit, de nominum, uerborumq; differentijs. M. Aufidium Frontonem pronepotem & ipse habuit, cuius adhuc extat ad Fortunæ fanum elogium.
- M. AVFIDIO FRONTONI PRONEPOTI M. CORNELII FRONTONIS ORATORIS CONSVLIS MAGISTRI IMPERATORVM L. ANTONINI NEPOTI AVFIDII VICTORINI PRÆFECTI VRBIS II. COS. FRONTO CONSVL FILIO DVLCISSIMO.
- » Audiuit & Sextum Cheronensem. hic Plutarcho ex sorore nepos Pyrrhonicam sectam amplexus est: de qua & x libros scripsit. Adeo principi acceptus, ut senex adhuc imperator scholam eius frequentaret. Notū illud est dictum Lucij sapientis: qui semel occurrens Antonino, cum illum interrogasset quonam iret, & ille ad Sextum respondisset, à quo disceret quæ nunq; audisset, neq; em pudori esse, si senex discat: Euge, inquit, ò Imperator, si senex tabulā manu gestans ad præceptorē adeas. Meus autē Alexander duos & xxx annos natus obiit.
 - » Imagines eorum aureas in larario. de larario in Alexandro mox.
 - » L. Volusium Metianum, clarus inter iureconsultos Metianus: qui fidei commissionum sedecim, publicorum quatuordecim libros scripserit. Corrupte sæpe in Pandectis Martianus pro Metiano legitur.
 - » Aufidium Victorinum. hic forsan ille sit, qui præfectus urbis & bis cos. sub eo fuerit, ut monumento superiore constat.

Lateranorum
familia.Herodes
Atticus.

Cor. Frōto.

Metianus

Publicis

- » Publicis exenijs. corrupta lectio, & xenijs legendū. nanq; Græci ^{Ξενία} ξενία, nos lau-
tia, & simpliciter hospitalia munera accipim⁹: id quod apud iurecōsul. de officio ^{Lautia,}
procōsulis leges. Quid autē si publicis encānijs legas: hoc sensu, detulisse Adria ^{Hospitalia}
num M. Antonino eum honorē, qualis publicis encānijs habebat⁹ dijs. sunt au- ^{Encania.}
tem encānia festi dies, cum. s. nouum aliquod sacrū dijs immortalibus paratur.
- » Inaugurauit, & exaugurauit. quod nos in sacris nostris sacrare, & execrare di-
ceremus.
- » Nemine præunte. præire auguralis disciplinæ uerbum, eiusdem notæ & uer- ^{Præire.}
bum, quod sequitur carmen.
- » Præfectus feriarum latinarum. dicimus & simpliciter latinas, cum in monte ^{Latina.}
Albano CO S. uel præfectus carnem Latinis solenni sacro diuideret. de præfe-
cto autem latinarum & Gellius.
- » Diuisionem. non ingratum erit, opinor, quid iureconsulti de rerum diuisionē
ne sentiant hic inferere. Rerum summa diuisionē, inquit Paulus, aut diuini iuris
est, aut humani. quod diuini iuris est, id in nullius bonis est: quod humani, ple-
rūmq; in alicuius bonis est.
- » Gratia atatis facta, hoc est, lege annali solutus: quando non erat illi quaestō-
ria adhuc ætas.
- » Auo busta impleuit. hoc est, omnia quæ ad busta persoluenda principis ne-
cessaria essent, comparauit. Quæ autē sepeliendi principis Romani ratio foret,
ex Heradito accipies.
- » Quali priuatus quaestor, id est, qui princeps non esset.
- » Tuncq; primum Romanū imperium duos Augustos habere cœpit licitum.
Licitum hic casta & nihili uox, & propterea diligentius æstimandum.
- » Ob hanc coniunctionem pueros, & puellas nouorū hominum frumentariæ
perceptioni adscribi præceperunt. perceptioni autem legendum hoc sensu: cum
ciuibus antea Romanis, & honestis frumētum daretur, placuit ob latitiam ad
tesseras frumentarias recipiendas nouorū etiam hominū liberos adscribi.
- » Vicena millia numum, id est, quingentos aureos nostrates.
- » Reliqui pro rata. Veteres melius quidam pro rata parte: in his enim frequen-
ter linguæ puritatem desydero. sensus autem huiusmodi est, reliquis legioni-
bus, quæ unquam essent, datum & donatiuum: minus tamen datum ijs, quan-
do. s. prætorianæ cohortes alijs præstarent.
- » Catti. Cattorū disciplina tanta fuisse à Tacito dicit, ut cæteri quidē barbari ad ^{Catti.}
præliū, Catti ad bellū exire dicant⁹, quorū initiū ad Hercyniæ saltū esse referat.
- » Officiorum. hoc uerbi significatum & iurisconsulti probant, nec Latini qui ^{Officia.}
dem autores respuunt.
- » Apud Antiochiam & Daphnen. Amoenissimum extra urbem locum Da- ^{Daphne.}
phnen fuisse, historicorum monumentis omnium notissimum est.
- » Artaxatis captis. Metropolis hæc Armeniæ totius ab Annibale loco cætera ^{Artaxata.}
egregio, sed squalido, & aquis indigo condita: nomen ab rege Artaxa, ad quem
deuictō Antiocho confugerat, sortita.

Liberales

- » Liberales causas. liberales causæ iurecōsultis hæc sunt, ubi de libertate alicuius dubia quæstio sit. Vt si quis dolo malo, uel in seruitute, uel maior xx annis passus se uenundari sit, preciumq; acceperit. his enim proclamatio ad libertatem non dabatur, ut latius Digestorum XL continetur. Liberales causas
- » Apud præfectum ærarij Saturni. ærarium in æde Saturni fuisse nemo nescit. Vnde & quia præerat, inde dictus cōmuni eorū noie, qui alicui rei præficerent.
- » Tabulariorum publicorum usum instituit, qui publicas tabulas, & documenta cōficiunt, tabularij eleganter appellati, uulgus notarios dicit. hanc legem Veneti his annis proximis ad nobilitatis assertionem s. c. sanxere, ut quicumq; patricius liberos genuerit, ad publicos aduocatores, qui præfens est, intra octo dies, qui absens ad sex menses profiteretur. unde postea & æratis & natalium peti assertio queat: irrita eorum nobilitate, quorū nomina improfessa, aut adita in album non essent: ex quo annali legi fraus nulla amplius fiat.
- » Comitij usq; ad noctem frequenter interfuit. hinc & nostri Veneti bene cauerunt, ne comitia ultra quartam & uigesimam horam prorogentur.
- » Nihil uos moramur Patres Conscri. uox consulis dimittentis senatum.
- » Fastis dies iudicarios addidit. qui nam fasti dicantur dies, ex Saturnalibus petito præter alios.
- » Prætozem tutelarem primus fecit. tutela (ut inquit Seruius) uis, ac potestas in capite libero constituta ad tuendum eum, qui propter ætatem sua sponte se defendere nequit, iure ciuili data, ac permessa. unde tutores quasi tutores, atq; defensores dicti. his tutelis dandis prætor, qui primum à principe Antonino creatus est, merito tutelaris dictus, qui contra tutores ius diceret, si quid illi fraudis in tutela administranda commisissent. Tutela. Tutores
- » De curatorib; uero. Curatores quibus iurecōsultis à tutoribus nō multū differunt: in eo tñ distant, q; tutores uel testamēto, uel à prætoze, aut præside psonæ dant, id est, pupillis usq; ad annū XIII. ut pauci excusari tutelis possint. Curatores uero, de quibus hic agitur, bonis faciliore excusatione ab ea ætate usq; ad xxv annum, ut tamen & furiosis & prodigis curatores à magistratibus præficiant. Verba Hermogeniani de administratione tutelæ, hæc sunt. Inter bonorum & uentris curatorem, & inter curatorem furiosi, itemq; prodigi, pupilliuē magna est differentia: quippe cum illis plenaria rerum administratio, duobus autem superioribus sola custodia, & rerum, quæ futuræ deteriores sunt, uenditio com. titur. Tutorum autem, & curatorum imaginem Veneta resp. supremo à principe magistratu iam pridem procuratoribus creatis præfert: quorum curæ pupilli, & defunctorum bona publice commissa sunt. Curatores uero & eos operum dicimus, qui perficiendis, absoluendisq; præfunt. Cura- tores.
- » De alimētis publicis, id est, quæ populo Ro. publice præstant. illud adnotatu dignū ex iurecōsultorū lectione, alimētis legatis aquā intelligi, in ea præsertim regione, ubi uenundari aqua soleat. Venetijs certe aqua & Romæ uenalis.
- » Datis iuridicis, à dicundo iure præfectos Italiæ ab Adriano principe institutos intelligit. Iuridici.

Allectione

- Allectione Italica, qua Italos allegeret contra Traiani institutum, quid sit autem allegere in senatum, ex Tranquillo & Liuiio in primis constat.
- Vicefima hæreditatū, unde aurum apud Liuium (ut opinor) uicesimarium.
- Scæuola præcipue. hic Scæuola Serbidius prænomine, & principem Seuerum Aphrum docuit, & Papinianum, qui Digestorum XL libros scripsit, & præter alia de quæstione familiæ unum.
- Post mortem Lucium. Tu Lucij emenda.
- Lectisternia per VII dies, ritus supplicandi Dijs immortalibus Romæ frequentissimus, cum uidelicet stratis in templo lectis, numina sibi propicia rebus gerendis exposcerent, uel auerruncandæ pestilentia opem quærerent. Lectisternia
- Sarracis, maximum plaustri genus. Sarracum.
- Et Lucius quidem, q̄ admissus esset Furius Victorinus, lectio hæc cum proximo uersu non satis integra, & propterea æstimandum, interim amissus lege.
- Apoplexi, hæc totum corpus, paralysis partem afficit, frequentissimo iam ac peruulgato ob immoderatum uini, Venerisq̄ usum morbo per hosce annos, quibus ista commentabamur. Apoplexis,
Paralytis.
- Quo quidē tēpore, luxata hæc lectio, & p̄pterea sic fortasse restituenda: quo quidē tēpore sanè imperatoris fili⁹ ad triumphalē currū in circo pedes cucurrit.
- Nullus arenarius. Arenarios eos appellant, qui in arena, id est, amphitheatro contra bestias pugnarent, qui infames habebantur Satyris, & iureconsultis. Arenaris.
- Conditiones nauticas & gladiatorias elegisse, tamen cōditionem filia quærere dicatur honeste, conditiones tamen quærere bonis autoribus significat bene mentulatos sectari. Cōditiones
quærere.
- Sub M. Antonino hæc sunt gesta. subdubitauimus interdum ne in hac uita quædam inuerfa sint, id quod & codex unus ex publica bibliotheca præ se ferre uidebatur. Verum adeo confusa erant omnia, ut nihil immutari sim ausus exemplaribus non satis exploratis.
- Bucolici milites. nomen forte ex re legionis adscitum, unde & reliqui postea, qui socia arma in Remp. induxissent, dicti.
- Execto tubere. Tumor quacūq; corporis innascens parte dicitur, nos bu- Tuber.
niones appellamus. hinc & in arboribus quibusdam callus ille ad nodi similitudinem uocatur Tuber, multis etiam commendatum, & gulæ quæsitum. nam de Tuberibus Veronensibus alijs.
- Volonum, qui milites Volones dicti sint, ex Liuij XXII accipies. Volones.
- Forum Vlpium, quod, s. & Traiani, seu transitorium est dictum.
- Et iuuenū nobiliū sacra Serapidis à uulgaritate Pelusiæ, Aegyptiorū interdicta sacra, quæ iuuenes quidam nobiles frequentarent, dubio procul inuuit, quid sibi autem uelint uerba hæc Pelusiæ uulgaritas, quærendum censeo.
- Fulmen de celo, quæ nam (quæso) tanta hæc ueterum scriptorum inuidia in Christianum nomen, ut ne à grauissimo quidem periculo nominis huius beneficio erepti, meminisse gratia uelint, homines ingratos, ne impios dicam, atqui constat uel Antonini epistolis Christianæ legionis ope, quæ inde κεραυοβόλος
est dicta.

est dicta, id est, fulminatrix, & fulmina in hostes elicit, & pluuiam exercitui siti confecto impetratam, uictoriamq; inde egregiam subsecutam.

- » Et Elusinia Cereris templū adiit, ut se innocentē pbaret. Vetus hoc & iam pridem persuasum erat, impios, nocentesq; homines exturbari ex adytis: quod & Nero princeps ueritus post interfectam matrem & uxore ingressu abstinuit.
- » Pyrrhi praesentis, sic codices omnes. at tu uide ne praefecti comodius emedet:

EX AELIO VERO.

- » Scaurū Gramaticū. cuius de grammatica fragmēta quaedam legi nō mala. Scaurus
- » Harpocratonem. tres ex Suda collectaneis hoc fuere nomine: tertij adhuc extant de uocabulis rhetorum obscurioribus.
- » Cucullione uulgari uiatorio. quod uicium malis principibus, & nobilium iuuentuti peculiare, iam in nostra etiam exijt tempora.
- » Triconibus. uetus est uerbum, contentiosos, & litium peramantes signifi- Tricones
cans, Festus.
- » Septē cōiuiū, nouē uero cōiuiū. de cōiuiarū numero Gelli⁹. & hic duodeci-
mus lege, uel duodecim emēdato dicunt. græcū etiā carmē in hūc sensum extat.
- » Murrhinos, & crystallinos. preciosissima uero fuisse hęc inter uasa potoria certatim praeter Pli. hist. Venetis in Sanctario augustiore, & opere & materia preciosissima hęc spectantur (ut opinor) murrhina.
- » Lemniscis. hos tiliaceos fieri ad coronarum usum, & annotatum à me supe-
rius, & alibi leges.
- » Alabastrorum. quid sit alabastrites, & quomodo uasa ea laudatissima ad
unguenta seruanda fierent, non ignotum puto.
- » Sexagies centenis millib⁹ H. S. ridendus. pfecto autor, nec, si ita legas, satis nu-
merorū ueterū peritus. Tu sexagies tantū leges, quæ summa nō modica fuerit.
- » A Venetianis. hi Veneti à colore, à bonis autoribus dicti. Veneti,
- » Parfininorum. tu prafinorum emenda.
- » Quoad eum uisendum. Tu disiunctim quo ad emenda
- » Ex arcula auita. nota pestilentiae saeuissimae originem.
- » Quadratus. hunc diuersum ab eo, quē D. Hieronymus apostolorū discipu- Qua-
lum appellarat, existimo: cuius libri Parthicorū titulo saepe citantur à Græcis. dratus.
- » Quem apolaustum. ac si tu gaudentem, uoluptuariūq; interpretere. Apolau-
» Auri roramenta, id est, guttas, & stillas quasdā: quod ludis solennibus pueris stus.
in speciem angelorum compositis Venetis representari saepe uideas.

EX COMMODO.

- » Ore quoq; pollutus, id est, fellator: quod & illudere capiti à bonis autoribus Illudere
dictum est. capiti.
- » Centumcellas. Adrianus princeps, autore Cæcilio, centum iudicibus, qui se Centū
praesente causas audirent, cum secederet, centum cellas extruxit: quæ postea in cella.
urbis iusta formam cum creuissent, Sarraceni Bernardi regis tempore (fuit au-
tem hic magni Caroli nepos, qui Italiam Langbardis pulsis obtinebat) dirue-
re. hic D. Augustinus diuinos de trinitate libros composuisse dicitur.

Quando

- » Quādo à pædagogo ueruecina pellis. hoc sensu, ut experiret an balneator ab sumptus igne foret, pellē ueruecis postea iniecit, q̄ uim ignis ardore suo pderet.
- » Príncipes iuuentutis. hoc enim auspiciū erat futuris imperatoribus, quod hodiēq; retinent regum nostratiū primogeniti, ut principes appellentur ab Hispanis illi, qui regnum adepturi mortuo parente sunt. *Principes.*
- » Lex annaria. qua cauebatur ne quis honores assequeret, nisi suis annis. unde & solutos legibus eos dicimus, qui ante tempus magistratus assequuntur. *Lex annaria Soluti legibus.*
- » Propolas circumforaneos. propolas hominū genus esse nequissimū lucri lususq; auidissimū Cicero in Pisonē facile ostendit: & sunt ij, qui res minimo redimunt, ut maiore precio distrahant, uenditigoli hodie à nobis appellati. *Propolæ.*
- » Ut lenonum minister. aquarioli & ancillarioli à ueteribus appellati. *Aquarioli. Ancillarioli.*
- » Teruptini paterni. forasle melius Tarrutij paterni, qui nescio an ille sit, qui inter iureconsultos citatus quatuor militarium libros reliquit. *Tarrutius Paternus.*
- » Claudio Pompeiano. Herodianus Quintianum hunc appellat.
- » Per latidauū honorem, id est, per senatoriam dignitatem.
- » Rudibus. unde rudiarij gladiatores, & donatum se rude ab hac tralatione *Rudis.* dixit Horatius.
- » Atq; ore pollutus. diximus iam superius fellatorem fuisse.
- » Hictamen Perennius. Herodianus aliam necis causam refert.
- » Dalmaticatus. Dalmaticam genus uestis à Dalmatis usitatam, facile adducor ut credam, uel frequēti adhuc eius gentis gestatu. unde & nos Dalmaticam in sacris adhibemus. utebantur autem aurigæ hoc ferē uestitu. *Dalmatica.*
- » Isiacos, id est, Isidis sacerdotes. hic de fanaticis hominibus intelligit.
- » Sacra mithriaca homicidio uero polluit, Mithram Persæ solem, & Apollinē appellat. Strabo & Herodotus. unde & mithriaca sacra dicta, quæ in antro sacro quo sacerdotes conuenirēt, fiebant: mox bouem post solennes mithræ preces immolabant. Sudas, & Procopius, & alij.
- » Suppuratū reddebat, id est, saniosum & ulcerosum: à pure, quod Græce πύρα, *Suppuratus* *όνος,* id est, asinum. unde onobelī infra.
- » Origis. Orix Plinio ægyptia fera, quæ in exortu Solis contra stet, ut ueluti adorare uideat cū sternutamēto. Hoc aīal bisulcū & unicomne, ut Indicus asin⁹. *Orix.*
- » In sinum uertisse, id est, in suum commodum.
- » Paulus primus secutorum, id est, gladiatorū. secutores enim gladiatores dici notissimum est, ut retiarij, & mirmillones.
- » Bellum desertorū. quod Maternus quidam facinorosis omnibus ascitis gessit, quo bello Italia, & Galliæ, & Hispaniæ concussæ sunt.
- » Incendiariæ aues. inauspicatas has esse constat, non tamen quæ essent traditum: ut tamen his uisus, urbs semper lustraretur. Plinius.
- » Minutia, locus in urbe.
- » Libitinenſis porta. à libitina, per quam portam cadauera efferrentur. Libitinam autem & pro dea ipsa, & pro libitinariorum opera accipimus. *Libitina.*
- » Insubido uultu. ueteri uerbo, pro insuaui, & pleniore. *Insubidus.*

ff Ex Pertinace.

EX PERTINACE.

- » Sulpitio Apollinari, hic Gellianis noctibus celebris, cuius etiam periochæ in Terentianas fabulas, laudantur.
- » Inde ad ducentum H-S. stipēdium translatus est in Daciam, id est, ad quinque millia aureorum nostrorum.
- » Quasi adiutor eius futuras, futurus emendabis.
- » Præfectus prætorij, hinc adnotatu dignum, præfectum prætorio senatorem esse non posse, quod & alibi legas.
- » Tabernam Coactiliariam. Iureconsultis Coactilia numero multitudinis dici uidentur pelles, seu lora, quibus inuoluuntur alliganturue uestimenta, quæ omnia instrumenti uiatorij sint. horum autem Vlpianus de auro & argento legato in hæc uerba meminit. Argumento etiam sunt nationes quædam ueluti Sarmatarum, quæ pellibus tegantur. Aristo etiam Coactilia uesti cedere ait, & tegumēta subselliorum huic legato cedere: quæ tegumēta Florētinus de legata supellectile cathedraria uidet appellasse, sed & ipse Florētinus eadem parte coactiliorū uidet meminisse, cū hæc addat uerba. Sed dicēdum est potius instrumenti uiatorij ea esse, sicut pelles, quibus inuoluunt uestimēta, loræque, quibus hæc pelles cōstringi solent. à cogēdo autē, id est, astringēdo coarctandoque coactilia dixere, unde taberna Coactiliaria, quod scitu nō indignum existimari debeat.
- » In Britanniam. lege Britannia.
- » Et cum ad eum Claudius Pompeianus germanici uenisset. uerba mutilata: Tu igitur ex manu scriptis codicibus restitue, germanici dux exercitus.
- » Nec nō ius quartæ relationis, quod omnis loco fuit Pertinaci. Tribunitiā potestatem, pro cōsulare imperiū, potestati maximū tribui imperatoribus sub initia principatus leges, & apud hosce ius etiā quintæ relationis, cū tamē Pertinaci dicat quartæ ius relationis adstructū. hoc autē nihil aliud fuisse crediderim, quæ uti quinque imperatores de re iudicata & pfecta referre ad senatū possent, æque ac nihil iudicatū adhuc foret. quid autē sit, quod dicat omnis loco fuisse Pertinaci ius quartæ relationis, haud sanè aliud cōiectare possum, quæ breue illi & imperfectum fore principatum, cui non integrum ius concessum foret.
- » Præter X H-S. hoc est, uicies quinque centena millia nostratium.
- » Perferentes, melius præferentes.
- » Cherodotas Dalmatarum, id est, manicatas Dalmaticas: nam earum usum sine manicis fuisse monstrauius.
- » Et cirratas militares. cirratas legas, & eas intellige, quas Festus citrosas ideo Citratæ appellari dixit, quod in modum citri formatae essent, hoc est (ut opinor) uirgatæ.
- » Cuculli bardiaci. Gallicæ genus uestis, quæ aut cucullus bardiacus, ut hoc in loco, aut bardocucullus dicatur. militarem autē fuisse uestem & Satyrus innuit Bardiacum iudicem dandum asserens, id est, bardocucullo indutum. Martialis, Gallia Santonico uestit te bardocucullo. Sunt qui distinguant, ut bardiacum intelligant sine cucullo, id est, capitis ligamento, bardocucillum uero cum operimēto. Fraterculi certe nostrates agnoscunt hoc nomē religioni frequēs, & cucullam

Ius quintæ relationis,

Bardocucullus,

Bardiacus,

cucullam appellant, cui ex disciplinae praeceptis indormiant, nec unquam exuant.
Vnde & cucullati & lignipedes à cuculla & Gallicis appellati iure sint.

” Machæras herculaneas, id est, ut opinor, magnas, uel Commodianas enses, quando Hercules appellari gaudebat Commodus.

” Eluto auro, id est, puro, & perpurcato.

” Atque etiam phando uitroboli, & materia eadem, melior lectio, Atque etiam Phallouitroboli ex materia eadem, id est, Priapi, quos composito nomine phallouitrobolos dixit, qui cum tantum ex uitro prius, excogitatum postea est, ut ex auro, & ebore magis placerent. Phallos autem significat pudenda graecis, unde phallica & Ityphallica dicantur metra. Phallouitroboli.

” Et uasa Samnitica, quæ sint Samnitica uasa, non satis constat: sed tu uide ne samia legas, id est, fictilia, unde & samium lutum ab Aufonio dictum, quibus picem ad resinam excoqueret, & inde psilotra efficerent ad uellendos iuuenes, quo glabriores, ac uolli magis redderentur, quare & leuigandis emendauimus, resinam autem, picemque, ac pumicem adhibita in hos usus nemo non nouit. Samia.

” Nec non uehîcula, hæc omnia Graeci inter automata numerarent, qualia etiam multa hac tempestate uidentur, maxime uero horologia.

” Sumptus omnes Commodi reddidit, quis non uideat, recidit esse legendum: id est, imminuit & amputauit.

” Vada sabatia. Pli. portum fecit: ab his Alpium initium Strabo reddidit. Paludes autem cum ea parte sint, inde uada dicta à Sabatijs fortasse populis, existimant autem non male plerique Sabaudia duces hinc dici, & regionem Sabaudiam, quasi sabatiam. Sabatij.

” Grauius Mergus, quem Lucilius à rapacitate Mergum forsitan appellauit.

” Athenæum, id est, Mineruium, auditorij autem publici nomen. Athenæum.

” Omasi, pinguius hoc ac crassius bouis intestinum, unde Horatius: Pingui lentus omafo. Et Plinius bouem iussit occidi in gratiam concubini negantis se omasum edisse, quare & damnatus sit.

” Chrestologum, graecum uerbum, ac si intelligas pollicentem liberaliter omnia, praestantem nihil. Chrestologus.

” Nam cum ei Didius Iulianus fratris filium obtulisset, Tu lege, obtulisset.

EX DIDIO IULIANO.

” Saluius Iulianus iuriconsultus, cuius extabant libri Digestorum nonagintaduo, ab Adriano principe inter consiliarios adscitus. Saluius Iulianus.

” Tricena dedit, hæc summa nostrates aureos septingentos quinquegenos reddit.

” Quod creditum fuerat, Tu aduerte, ne hic uerba aliquot desint sensu alioqui manifesto.

” Incantamenta, quæ ad speculum dicunt fieri, hi specularij dicti sunt à quibusdam, frequenti etiam nostris temporibus eorum usu. Specularij.

EX SEVERO.

” Togam praesidiariam, id est, qua praesides uterentur.

” Omnibus fortibus in actu militari, alij codices, natus militari: ut non satis constat. ff. 2. stet, quod

stet, quo modo restituenda sit lectio alioqui corrupta.

- » Sub elogio, id est, titulo. Elogiū.
- » Positāq; hora, unde horoscopus.
- » Non in candida, sed in competitorum grege, sensu tali, non ut candidatum principis in campum prodisset ut unum ex competitoribus, gratia tamen Marti ceteris esse praelatum, fuisse uero qui principis candidati dicerentur, cum alij, tum Tranquillus doceat.
- Candidati principis.
- » Qui etiam H.S. quod nemo unquam antea, hic sefertiorū numerus deest.
- » Cum subarmalibus, subarmalia hic intelligit saga ac chlamydes, quibus arma superinduerent. Subarmalia.
- » Supinis non erectis, hunc morem hodie quoq; obseruari scimus, quin etiam defunctis imperatoribus supina ferri ac inuersa solitum.
- » Et nigrum etiam uictu iuuerant. Tu lege uictum.
- » Neapolitanis & Palaestinenibus, altera Syriae ciuitas, altera regio: nisi eos qui Samariam incolerent, quae Sebaste postea sit dicta, Palaestinentes appellarit.
- » Adiabentis, Adiabene, quae olim Assyria Marcellino, in qua praecipua ciuitas Ninus, dicta *από το διαβαίνω*, eo quod adiri propter Ossam & Tigridem nauigeros fluuios, nisi pontibus non possit: quod tamen ille derideat existimans à Diana flumine ut multas alias, Adiabenen esse dictam. Adiabene.
- » Timurtium, Herodianus ad Lugdunum pugnatum esse auctor est.
- » Vehiculariū munus à priuatis, est autē hoc, ut iurecōsulti docēt, personale munus, cū uidelicet uehicularis cursus ad tabellarios publicos transmittēdos p. ciuitates institutus esset, nō sine incōmodo & dispēdio priuatorū, quib; id obtigisset: q; in numero erant & Camelesia, à Camelis etiā praebēdis (ut arbitror) appellata, hinc & cursus publicus in Adriano dicit: q; & Amian; doceat libro XXI.
- Camelesia, Cursus publicus.
- » Ius beleutarum, Tu beleutarū emenda, quasi dixeris seruatorū, cum ad eam diem nullum publicum consiliū habuissent: nam à consulendo dicti. Beleutar.
- » Nam & mensam, haec omnia memoranda erant in Aegypto: dicta autem mensa *ήλιου πρᾶξις*, & Memnonis statua sonans ad Solis radios, Pli. Strabo, Philostratus, mensa uero Solis nunquam deficiens Aethiopiae attribuitur.
- » Persarum regem Abagarum, nullus (quod sciam) Persarum rex hoc nomine fuit. Nam Abagari Edesae & Mesopotamiae praefuere: quare uide ne Artabanum legas: aut imperite Persas pro Mesopotamijs acceperit.
- Abagari.
- » Aut mori, quid si negationem addas? melius enim respondebit illi parti, & nimis utilis Reip. uideretur.
- » Septizoniū, opus Seueri maxime memorabile, à septeno fortasse columnarū ordine, sunt qui septodium malint, q; nō satis probem, à septem uidelicet uis.
- Septodium.
- » Leguminis patrij auidissimus, hoc ex Columella cicer secundum Punicum appellatum interpretor.
- » Papinianū iuris Asylum, hic ille est inter iurecōsultos longe celeberrimus, unde & iuris auditores Papinianistae quādoq; dicti: Seruidij Scauolae discipulus, & Seuero nō propter affinitatē tantū, sed ob uirtutē in primis charus, cui etiam filios
- Papinianus.
Papinianista.

filios uni cōmendarit moriens. huius urna argentea Romæ cū hac inscriptione inuenta est: AEMILIO PAVLO PAPINIANO PRAEFECTO PRAETORIO IVRISCONSULTO, QVI VIXIT ANNOS XXXVI, DIES X. MENSES III. PAPINIANVS HOSTILIVS EVGENIÀ GRACILII TVRBATO ORDINE IN SENIO HEV PARENTES FECERVNT FILIO OPTIMO.

Qui quidem locus magna ex parte corruptus, atq; ita fortasse restituendus. Qui quidem Sallustij orationē, qua Micipsa filios ad pacem hortatur, diutino ingrauatius morbo misisse filio dicatur maiori.

Cum septizoniū lectio fortasse sic restituēda. Cum Septizoniū faceret, nihil aliud cogitavit, q̄ ut ex Africa ueniētib⁹ suū opus occurreret: & nisi se absente p̄ praefectum urbis mediū simulacrū ei⁹ fuisset locatū, additū palatinis aedib⁹, is regium arcum ab ea parte facere uoluisset perhibet. Septizoniū igitur & hic legas, quod (ut diximus) à septeno columnarū ordine dictum existimem, quasi septem zonis, id est, columnarū fascijs opus absolueretur. Lampridius tamē in Geta septodium legit, nisi sit uitiatus codex, & ibi etiā septizoniū reponendū.

EX ANTONINO CARACALLA.

Gratia sigilliariorum, quæ sigillaria, aut sigillaritia essent, dictum antea est.

Et cum idem Chilo sublata ueste Senatori, tu senatoria restitue.

Luni dei gratia, de Luno deo, quem Helioabalum Phœnicum lingua dice-
rent, ex Herodiani sexto, sed & mox hic autor. Lunus.

Cellam solearem, id est, in qua folia balneatoria asseruarentur. Cella so/
learis.

Cupro, cuprum æris species nomen recentioribus frequens: nam & Palladius cuprinos datus recenset, dictum fortasse per contractionem quasi Cyprium, Cuprū quasi
Cyprium. æs enim in ea insula ad Temesen olim laudatissimum fuit.

Et ut Anubin portaret, & pausa federet, quid sibi uelit hoc in loco, quod sederet pausa, non constat. in Commodio certe sic legitur: ut & Anubim portaret, & caput raderet. Pausa autem græcis idem est quod quies: quod uerbum in Pausa Caelianis epistolis ad Ciceronē leges, corrupto tamē codice ubi Pausania legit.

Diasyrpticum, id est, mordax.

EX MACRINO.

Mythistorijs, id est, fabulosis historijs.

Quod si unius numeri consensus accederet, numeros militares sæpe legas, in-
de (ut opinor) dictos, quod ad numerum omnia præstarent, uel quod eorū cer-
tus quidam numerus esset: quod hodie Turcæ, Galliç & Aegyptij reges obser-
uant, certum quendam militum numerum alentes pacis etiā temporibus. Numeri mi/
litares.

Recipi, tu substitue recepi.

Decimare & centesimare, militaria uerba: milites em̄ ubi quid grauius admi-
sissent, sæpe decimus quisq; interdū centesimus extremo supplicio afficiebant. Decimare
Centesimare.

EX HELIOGABALO.

Eadem serpentes & Ciconias, propter pietatem Ciconiarum hoc dictum est, Ciconiarū
pietas. quæ senescentes matres alant, unde græcis ἀντιπαισθη est dictum, & pietatis

cultrix Ciconia à Petronio appellata.

» Studens & matris typum. si typum legas, quid id sibi uelit, scire facile est. Erit autem simulachrum Pessinuntiae matris. sunt qui scyphum & situlam illam Isthidis ridicule agnoscant & probent: ego igitur matris typum haud improbem: sunt qui Martis typum malint, id est, imaginem.

» Senaculum, ex Festo.

» Quaeue earum pellicia, lectio maxime deprauata, siue igitur carpenta pellicia, à pellicium integumento dicas, siue publice p pellicia substituas, haud inepte sentias.

» Bene natos, sic legendum, ut ridiculi sint, qui de uasis uafatos legendum admoneant. Bene nati,

Emissarij.

» Ut eorum conditionibus frui posset, uerbo conditionis Lampridius signanter usus est. Nam conditiones quarere adulterae, infamesque foeminae sibi dicebant, quae homines bene mentulatos sibi asciscerent magnis etiam inuitatos praemijs.

Conditiones
quarere.

» Seriam, id est, amphoram, quae in Capitolio asseruaretur.

» Matris etiam deinde sacra, id est, Cybeleia & magnos ludos.

» Salambonem etiam omni planctu. Salambonem Babylonij Venerem appellabant. Deplorabant autem in his sacris Adonidis interitum: quare & hoc in loco dicat Lampridius omen Heliogabalo factum imminentis exitij. de hac & Macrobius praeter Graecos.

Salam
bon.

Orestes
furens.

» Lapidem, qui diu dicuntur, ex proprio templo Dianae Laodiceae. Laodiceam Syriae intelligit uino abundantem, & à Seleuco Nicanore in matris Laodices gratiam conditam. de Orestis etiam furore & errore diuersa multum memoriae prodita sunt. Procopius, qui Iustiniani tempore floruit, & bella ab eo gesta contexit, in ponto Comanam urbem condidisse tradit, à Coma ibi deposita praecipiente oraculo: sed eo non conualescente, alteram ab eo in Cappadocia ad Taurum simili nomine constructam, de quo argumento excisae comae Comana appellata. alij post interfectam matrem errabundum quassisse fluuium, cui septem flumina miscerentur: qui fluuius autore Varrone ad Rhegium labebatur: apud quem deposito simulachro Faselitidis Dianae & ense, tandem furore liberatus sit, reliqui Orestam urbem ab eo in Macedonia conditam, ubi Orestes purgatus à furore sit, quod & autor hic innuit, quam Adrianus princeps Adrianopolim appellarit.

Orestia.

» Pseudophilippum, alludens uidelicet ad Andrisum, qui se Philippum appellans, regnum Macedoniae deuicto Perse sibi uendicabat.

» Omnia Heliogabali dicta, omnia emendandum.

» Concide magire, id est, coque. μάγειρος enim Latinis coquus.

μάγειρος

» Digitis impudicitiam ostentaret. ad eam enim formam componi solent, ut saepe obscena praferantur: nam & Caligula Cassio Chareae Tranquillo autore, manum osculandam porrigebat, quam in obscenum modum antea formasset, aemulatur & hoc ipsum praesens aetas.

» Diceretur, pro dicerentur.

» Afferetur, pro asferretur.

Sabinum.

- » Sabinum. erant enim Vlpiani ad Sabinum libri unus & L. qui uir cōsularis, & insignis Fabium Sabinum alium reliquit Alexandro principi percharum, quicq; & Cato sui temporis est dictus.
- » Catum. pro cautum.
- » Leioftrēis. Corrupte antea lithoftrēis. Hermolaus Barbarus id ante etiam uiderat. Sunt autem lioftrēæ leues oftrēæ, dictæ à leuore, cum aliæ Tracheæ, id est, asperæ dicantur. Lioftrēæ.
Tracheæ.
- » Centenaria, quæ centum pondo essent.
- » Aureis toralibus. uelis, quæ toris inducerentur.
- » Et masticatum & polentatum. alterum forte à mastice, alterum à polenta.
- » Accubitis facile, id est, toralibus & culcitris.
- » Barbæ sanè mulorum. unde & hodie barbones fortasse dicti. Barbæ.
- » Exarmatos, id est, cicures. & mansuetarios magistrōs appellat, qui feritatem eos exuerent. Mansuetarij.
- » Vuas Apamenas, ab Apamea Syriæ (ut puto) dictas, quæ celebres græcis aut toribus sint. Athenæus.
- » Lentem cum Ceraunijs. Ceraunia Plinio inter albas commendatur, quæ stel lam concipiat.
- » Fabam cum electris. Electri triplex ratio, primum ex arboribus fluens succinum dictum. alterum metallicum, in quo naturale in precio habitum, & Homero cantatissimum in Menelai aula. Tertium factitium tribus argenti, una auri portione. Naturali ea uis, ut in conuiujs præcipue eluceat, & uenena prodat. Electrum
succinum.
- » Cōdito piscinas & folia tēperauit, id est, unguēto diu asseruato. nec mirū id in Heliogabalo, cū Pli. pdat quēdā ex priuatis balnearū parietes unguēto illiuisse.
- » Eunuchos primo aphroditis. melior lectio, pro hermaphroditis.
- » Basternas, genus rhedæ Barbaricæ à populis Basternis, siue Batarnis dictæ. Basternæ.
- » Pallia deo Aenanthio. corrupta lectio & saniosa, quā ita restituas: pallia uino ananthio fudisse, i. maroneo uino. ex Philostrato, ab Aenāthe Maronis patre. Vinum
Oenanthiū.
- » Euripis uino plenis, id est, canalibus. Euripti.
- » Conditura Veneta. nos gialum hodie nuncupamus.
- » Rosato. Rhodinum unguentum intellige.
- » Caldaria, id est, calidam admixta nardo.
- » Idem nunquā minus centum H.S. cœnauit. hoc est, argenti libris xxx. aut hic nescit quid H.S. essent: aut corruptus est locus, nisi pro argenti, auri substituas, minor enim lapsus. centum autem H.S. duo millia & quingentos aureos nostrates reddunt.
- » Sigma in terra sternere. Sigma ueteres sellam in formam S literæ constantē dixere spiris inuolutam, ab elemento S. cuius Martialis & Sido. meminere. sensus autem talis est, fuisse & illam reflatilem, ut serui à pedibus ad principis nutum folles substratos deplerent, unde conuiuæ proni in terram ruerent. Sigma.
- » Holoserica ueste, id est, tota ex serico: nam illa tantum in usu fuerat, quæ lanæ intertextā purpurā haberet. de serico pulchro quādam, & nō uulgata aliās prodam.

- » Et apud eas concionem habuit. Nos orationē istam, quæ hæctenus latuerat, primi in lucem ædidim⁹, neq; uero id mihi quisq; uitio uerterit, homini præsertim sacris initiato: facilius enim perditissimi principis libido ac luxus dignoscitur, neq; quempiam tam stultum fore puto, qui se ad imitationem scelestissimi hominis componat. Illud autem non possum non interim addubitare, siue ea, quæ ab Helio gabalo habita sit: nam nec eorum temporum stilum agnoscas, alioqui nihil illic etiam de schematibus: & ornatio mihi uisa q̄ ut à Leonardo Arretino conscriptam putem, uiro alioquin & disertio, & bene docto.
- » Papilla eiecta, tu exerta emenda, & exoletorum, pro exoletos.
- » Per cellarios, cellarij dicti, qui penui asseruando præessent. religiosi corrupto Cellarij, uerbo hos celerarios appellant.
- » Dulciarios & lactarios, unde lactariū opus, qd' imperiti lacticia appellat. Lactarij opus.
- » Canon fructuarius, id est, alimenta ad septem annos parata.
- » Struthiones & Camelos in cœnis aliquoties, dicēs præceptū Iudæis ut ederēt, hæc eñ Moyses Iudæis haudquaq; interdixit, ut libris instrumēti ueteris cōstat.
- » Croco sigma strauerit, Crocum ad theatralem usum adhiberi, & substerni in delitijs solitum, & hic & alibi scriptum leges.
- » Traiecit & dierum actus noctibus. non animaduertit hoc Paulus II pontifex maximus uitio dari flagitiosissimo principi, qui & ipse noctu munia pontificia perageret, interdiu autem dormiret. Paul⁹ II
- » Cum capi nō possent uno sigmate, nam septem conuiuariū capax tantū erat.
- » Hydrogarum, hoc est, garum ex aqua: nam & garum & eleogarium, & halec, & muria ueteribus salsamenta celebrata sunt. Hydrogarum.
- » Ita ut ad sericam uestem, tu & sericam emendabis.
- » Orexim, uehementiorem appetitum.
- » Seplastarium & cupediarium, alterum à Campaniæ Seplastia, alterum à cupedijs dictum.
- » Sybariticum missum, Sybaritas delitijs, ac luxu nobiles uel eorum internitio fecit, unde ferculum Sybariticū dicatur: cuius Athenæus quale fuerit, meminit. Ferculū Sybariticum.
- » Zetis, dictæ uel ἀπὸ τοῦ ζέω, id est, feruendo, uel ἀπὸ τοῦ ζῆρ, quod in illis præcipue uiueretur, quid si à Z litera ut sigma dicatur? Zeta.
- » Psilothro curaret, id medicamentum ad pilos euellendos est. Psilothrum.
- » Aurosa arena, qua passim utimur ad obducendas cito literas. Aurosa arena.
- » Ante Philippum imperatorem Romanum, Gordiani successorem intelligit, qui edicto id prohibuit.
- » Pandurizaui, Pandura instrumentum musicum Aristophani Thesmophoriafufis: inde Panduros, qui eam pulset. Vnde uerbū deflexerit, nescio q̄ bene. Pādura.
- » Spintrias, ex Tranquillo in Tiberio id discas, credo ἀπὸ τοῦ σπινθριος, id est, scintilla, huiusmodi portenta nuncupata, quasi libidinis incentores, Spintriaz.
- » Batea, id est, purpura ex Indico conchylio facta, unde & Bladum rusticis forte color, & Bladum pro frugibus. Eutropius certe blatteis funibus piscatum Neronem tradidit, quas Orosius & Tranquillus purpureas dixere. Batea, Bladum.
- Biothanatum.

- » Biothanatum. hoc est, uiolenta morte, nec sua periturum: quorum animas in beatorum sedes non recipi etiam antiquis erat persuasum.
- » Deinde illud, quod clementia tua solet dicere credidisse reficiendū. Corrupta (nisi fallor) lectio. quid igitur si ita legas? solet dicere creberrime, repetendum fortunæ &c.
- » Illud ad cumulum portentuosissimi principis addendum, Conquisitos ab eo medicos, & immensa his proposita præmia, qui se in muliebrem naturam exsecarent, uulua ex sectione facta.

EX ALEXANDRO MAMEAB.

- » Ius quintæ relationis, hoc est, ut quinto posset de re etiam iudicata statuere, ac ad senatum referre.
- » Communis confessus, tu confessus.
- » Admissionalibus, id est, ministris, qui ad principem introducerent. Admissio-
nales.
- » Quam nemo nisi Acolius ferebat adiutam. Sic enim & primus Hermolaus noster emendandum admonuerat, Acolius enim illi à memoria fuerat. Acolius.
- » Per stellaturas, stellionatus crimen late in re militari patet: ubicunq; enim criminis titulus deest, illic stellionatus accusare possumus: nam quæ in priuatis iudicijs de dolo malo actio est, hoc in criminibus stellionatus persecutio est. habet igitur locum, cum tribuni uel milites callida dissimulatione alienam rem distraherint, aut permutauerint, uel insolutum dederint. Quin & mortis suppositæ impostura facta, uel collusio in necem alterius, hoc titulo continetur, à stellione inuidentiissimo animali deducta nuncupatione, horum autem criminum legitima nulla est pœna, sed extraordinarie puniri solent. Iureconsulti.
- » Choleram, uulgato uerbo usus pro bile.
- » Sine indulgentiæ proposito, & hic non satis latine indulgentiæ uerbo usus.
- » Sed securiorem, hoc idem à Theopompo Spartanorū rege responsum uxori grauius Ephororū potestatem ferenti regibus additam: quod & Veneti nostri agnouere iam inde bene ab urbis incunabilis, cum duos principi addidere consiliarios, qui postea à sex regionibus sex creati.
- » Fœnus trientarium, minima, ac ciuilis usura, & infra semisses usuras.
- » Pycstata, id est, breuiaria.
- » Cum edulitatem, nouo uerbo ab edendo edulitatem appellauit annonam, Edulitas, ut degenerasse Romanam eloquentiam iam pridem possis agnoscere.
- » Curionem, id est, præconem. Curio.
- » Damalionem, id est, uitulum tenellum de græco uerbo, δαμαλις enim uitu- Damalio, lam tenellam signat, unde damalio.
- » Bracchiororū linteonum, à Bracchis conficiendis & linteis uendundis nomina deducta, iam & pelliones à concinnandis pellibus dictos notum esse potest.
- » Oceani solium, à magnitudine & capacitate, unde & in sacris literis capacissimum illud in templo uas à Solomone rege dictum, mare dictum est.
- » Præfecit, tu lege perfecit.
- » Carmen, tu carnem.

Paulum

- Vlpianus. *κορυφαῖοι* dicantur, id est, principes assessores Papiniani in praefectura. Vlpianus uero Tyrius fuit, ut ipse de colonijs agens prodidit.
- » In Lat. sic ex ueterum instituto imprimendum curauimus. Tu uero sic interpretator: in latum pedes centum, in longitudinem passus mille.
- » Ifim & Serapium. Tu Ifeum & Serapeum lege, & pro locis publicis accipe, alitero ab Ifide, altero à Serapi dicto. *Ifeum Serapei*
- » Deliacis. à Delo insula, ubi laudatissima fiebant, antiquissima enim aris gloria Deli fuit autore Pli. mystica autem, quæ occultas significationes haberent peculiari Aegyptiorum usu. *Aes Deliacum.*
- » Ita ut in palatio faceret dietas. dietæ coenacula erant ubi hyeme ad solem, æstate ad umbram cœnitarent. Varroni dictæ quæ interdiu in his edatur. Vnde dietetarij iureconsultis: quod tamen diuersum quid sit. *Dietæ.*
- » *ορνειοκόπος*, auspicij peritus.
- » Primo nundino, nam & trinundinum erat.
- » Notarium hic pro tabulario uidetur accepisse non satis latine.
- » Archiereum & archisynagogum, sacerdotum & synagogæ principem.
- » Larario. lararium à laribus: ubi igitur lares Dii, & reliqua numina sanctius colerentur. lararium locus ille dictus, ut in Adriano adnotauimus. Apollonium autem Tyaneum intelligit magiæ clariorem studio quàm philosophiæ, ut ipse etiam Philostratus uel inuitus prodit. *Lararij.*
- » CHRISTVM. hinc datur intelligi non nisi malis principibus pietatē nostram improbatam: & ab optimo quoque cognitam, nunquam interim damnatam.
- » Tædiavit. male meritum de lingua latina scriptorem, qui uerbum hoc confinxerit.
- » Spheristerio, id est, pilæ lusui. *Spheristerium.*
- » Aurum Coronarium & negociatorium. de Coronario dictum. à negociatoribus autem, quod illi principibus penderent, negociatorium est dictum. *Aurum negociatorium.*
- » Corpora, id est, collegia. bono uerbo dixit iureconsulti. *Corpora, p. col. legijs.*
- » Milites ostensionales, hi fortasse dicti, qui ad ostentationem tantum instructi haberentur in urbe.
- » Tunicas asemas, id est, unicolores, & macrocheras, id est, manicatas. *Asematunica.*
- » Acroamata. à ueteribus hi dicti, qui auditu uocis oblectarent. *Acroamata.*
- » Athenæum, auditorium id Romæ publicum, ac si Palladium interpretere uel Mineruium.
- » Sapius cocco clauata, id est, coccineis clauis distincta.
- » Non secundam mensam Alexandrum habere, sed secundum. hoc sensu tantum pomis indulisse, ut alterum prandium id uideri potuerit.
- » Versus Hendecasyllabi qui sequuntur, non satis ad normam sunt facti.
- » Semisses aureorum, id est, qui dimidium aurei ualere. Aureus autem argenteos denarios xxx ferme ualebat: ad quam formam tremisses & quartarij illi redigendi sunt.

Formas

- Formas binarias. hoc (nisi fallimur) intelligit, id est, duplicatos aureos, seu triplicatos. quod & nos hac tempestate à quibusdam principibus obseruatū uideamus dupliones inde dictos. Nos certe cum Mediolani agerem, donati sumus à quæstore regio Ioanne Grolerio numismate aureo XXX aureorū: cui postea nostras in Tranquillum lucubrations dicauimus, mox alia quædam maiora ac grauiora nuncupaturi: quando raram uiri excellentis liberalitatem non satis æquo munere profecuti uideamur. id autē numisma chirothecis elegantioribus induserat: quod & in Aldo compatre græcæ, latinæq; linguæ instauratore secutus est olim donando, dum uiri de literis optime meriti uirtutem admiraretur: accedit autem ad tantam liberalitatem, quod uir est moribus & doctrina non uulgari, ac de excellenti beneficentia perpetuo celebrandus, utinam principes nosstrates priuari hominis liberalitatem imitari discerent. quod autem formas appellarit, ipse uiderit quàm latine id usurparit.
- Holoserica, id est, totam ex serico. sed de serico planè omnia copiosius disseremus.
- Aurelius Probus Baphus. emendanda lectio, & Baphijs reponendum. significat autem hæc dictio Baphium, tabernam tinctoriam, de græco fonte. Baphium.
- Baccas. braccas lege.
- Baccatum monile, Vergiliana formā.
- Cyclade. genus uestis ex auro ferè, unde & in sacris literis ubi de Cæcilia uirgine agitur, amicta cyclade ornatam à Christo leges. dicta quod rotunda esset: Cyclas. nam & matronæ hodie uestes quasdam suas rotundas appellant, quæ in orbem absolutum desinant: matronis iam grandioribus frequentes.
- Pullicinis ac pipionibus. noua utrunq; forma, non tamen inepta.
- Dicens ingenuum currere. erat enim in quibusdam sacris cursus institutus.
- Et argento & necessarijs instruebat. hæc omnia à Cicerone in Pisonē uasarij Vasarij. nomine intellecta arbitror. obseruatum autem hoc Venetijs diu scimus, ut copiarj Copiarj legatis profecturis hæc omnia suppeditaret. nunc annum illis salarium Venetorū. ex ærario datur, quando publico omnia peribant.
- Nundina uetera, quod mercatus hodie dicimus.
- CHRISTO templum facere uoluit. Inuidentissimos homines ac æternis stigmatibus impietatis inurendos, qui timerent id, quod maxime fuerat optandum. Iam uero Tiberius princeps id pridem decretum tulerat: nisi patres, quod autores facti non essent, id reiecissent.
- Dicebatq; graue esse. umbram quidem huius rei nos hodie retinemus: ut interim tamen præfules nostri optimis maiorum nostrorum institutis uideantur illudere. sed illi se prius, tum etiam reliquos decipiunt: nam Christiana pietas etiam illis nolentibus inoffensa stabit. luent tamen illi, luent meritas negligentia uel impietatis uerius pœnas suæ. Notati præfules.
- Legem sacrare quid sit, ex Festo accipe.
- Assessoribus solaria. tu salaria.
- Traiani putare. tu putauit.

Pontificatus

- » Pontificatus codicillares, id est, adscriptitios & extraordinarios: quasi dignitatis umbra gauderent collegijs adscripti, atq; in codicillos relati. Pontificatus codicillares. Ephippium.
- » Ephippijs, uerbum nouum, quando & usus eorum apud ueteres non erat.
- » Argyraspides & Chryspides. à scutis argentatis & auratis Alexandri quidam numeri sic dicti.
- » Papilionibus, militaribus tentorijs. Papiliones.
- » Quod tibi nō uis, alteri ne feceris, utinā omnes hoc memoria infigeremus iam pridem sacris literis præceptū: siquidem satis hoc esse ad uitæ rationes possit.
- » *Ἀναίματος*, sic restituimus, & incruentum interpretator.
- » Artaxerxem, hic humili loco apud Persas natus, imperiū à Parthis ad Persas transtulit. Victōq; Artabano triplici prælio, eōq; cum tota familia caeso, adeo uictoria elatus est, ut Romani imperij terminos non solum attentaret, uerum etiam cedere Romanos omni Asia iuberet: quē uictum ab Alexandro Lamprius dicit: cum tamē Herodianus diuersa prodatur. eouq; autē imperiū orientis apud Persas fuit, quousq; ad Arabas, id est, Sarracenos magno Christianæ pietatis incōmodo transijt, quibus per Christianos duces magna ex parte afflictis, & Hierosolymis receptis, Turcæ ex una parte Asia, & serui ex altera Aegypti imperium inuasere. uidit tamē patrū nostrorū ætas, aut certe recentē memoriā Tamberlanis accepit: qui gregarius miles ad Persas iterū imperiū transtulerit Paizete Turcarū rege capto. uerum filijs eius dissidētibus res tanta indole quæ sita non multo post pessum abiit. Psophis certe, siue ille propheta, ut uideri uolebant ij, quorum intererat, siue dux Persarum, hoc tempore id agit, ut autum decus genti asserat.
- » Persarum accepimus. Tu cepimus emendabis.
- » Interamnanas, id est, quæ Tigridem inter & Euphratem prouinciæ quinq; numero erant: grauium sæpe bellorum causæ Romanis ac Persis, nec unquam satis feliciter aut à nobis retentæ, aut ab illis receptæ.
- » Tabellæ laureatæ, uictoriæ enim nunciæ laurus erat.
- » Limitaneos, qui limites imperij tuerentur. Limitanei.
- » Retrogradæ gallicanæ mentes, inepte nimis uerbo etiam parum latino usus: significare autem uoluit duras & peruicaces.
- » Huic accidit, pro huc accedit.

EX MAXIMINO PATRE.

- » Capitolinā amphorā, asseruabat eū in Capitolio amphorā miræ magnitudinis, unde ut copiam uini epoti à Maximino ostēderet, Capitolinā appellauit. Capitolina amphora. Dextrocheria.
- » Dextrocheria, dextrarum ornamenta dicimus noua satis forma.
- » Amaxas, id est, currus, uerbo græco, unde illis *ἐκ τῶν ἀμάξων λαλῶν*.
- » Tophios, ex Topho lapide satis friabili.
- » Athenio fugitiuorum in Sicilia crudelissimus, qui uix longo ac difficili bello uictus sit.
- » Ofrohenis sagittarijs, pars Assyriæ trans Euphratē hoc nomine dicta est ab Ofrohe uiro nobili, si Procopio credas. ex ea uero sagittarios multos in Germaniam

maniam adduxerat Alexander, utilissimum militis genus aduersus Germanorum corpora nuda & procera.

- » Quasi aulae quoddam praelium. ita si legas, quod omnes praefereunt codices, hoc sensu interpreteris, id est, facile: quales uidelicet in aula Imperatoris pugnae simulachra cieri solent ludicra. s. & leuia, sed aestimandum.
- » Affectus in Albano. Affectus pro pignoribus & rebus charioribus accepit, qui in Albano monte in castris uidelicet praetorianis asseruarentur.
- » Animo habere. & concupiens lege.
- » Deinde sine delicto. quid si sine delectu legas?
- » Sabinus praefectus urbis. hic forsitan ille Sabinus, qui inter iureconsultos Sabinus. maxime celebris est, Catóq; sui temporis dictus: nisi hic forte eius filius. nam pater ab Heliogabalo iussus occidi perierat.
- » Deum Fellenum, hic Aquileensium tutelaris ac praeses deus. Fellenus.
- » Cuppae sunt maiora uasa ex ligno ad uinum condiendum. frequens ueteribus agricolis uerbum. Cuppae.
- » Hecatomben, sacrum omnium maximum hoc uerbo intelligimus. Hecatombe
- » Ut quarto die. Nota quanto celerius hodie cursus conficiatur: satis enim constat non paucos nuncios ab urbe Venetias uenisse xxxii horarum spacio, saepe quadraginta aut aliquid amplius.

EX MAXIMINO IUNIORE.

- » Ut ad staturam paternam perueniret, legendum.
- » Tatiano oratore. duo fuere Tatiani, pater & filius, Galli (nisi fallor) genere. Tatiani autem patris an filij incertum Sidonius & Ausonius meminerint, ut Tatianus. eloquentis hominis, & qui apud Visontium municipalem scholam rexerit. an uero Tatianus ille, cuius Diuus Hieronymus libro de uiris illustribus meminit, pater fuerit, aestimandum aliàs.
- » Monoliu de albis noue. loquedi figura sanè noua, nec satis omnino latina. si. Monoliu, significat autè hæc uerba monile noue ceraunijs & alijs gemis caducantib; & reticulum capiti ex uiridantibus, dextri autè brachij ornatu ex hyacinthis cõtextu.
- » In mundo. scilicet muliebri suo.
- » Campagum formã pedis barbaro uerbo appellauit, à Grammaticis nostris Calapodia etiã dicta, forma nõ inepta, ut de graecis uidelicet hausta fontibus. Calopodia.

EX GORDIANIS.

- » Obsoceris.
- » Feras Lybicas. Pantheras, quæ & Variæ seu Africanæ dicuntur. Variæ. Africanæ.
- » Oues feræ. Camelopardales, quas gyraphas appellant hodie: unam autè donatam Laurétio medicæ à Sultano Aegyptio Italia longo post uidit tempore. Camelopardales.
- » Alces. Hercyniæ syluæ, ac Germaniæ peculiare animal. Alces.
- » Tauri Cybiratici, à Cybiris.
- » Struthiones Mauri minati trecenti. quid sibi uelit minati hoc loco, dubium. quid si miniati legas: id est, rubentes.
- » Iuuenalia. qru Traquillus meminerit: quia à iuuenib; nobiliorib; celebrarent. Iuuenalia.

gg Censualium.

» Censualiū. nouo nomine apparitores Senatus ac ministros dixit, ut arbitror. Censua-
les.

EX GORDIANO IUNIORE.

» Parentela, quàm male latina lingua utatur aduerte.

» Mundanum malum. quod orbi immineret.

» Aperto Iano gemino, signum belli.

» Ab Antiochensium crucibus. tu ceruicibus emenda.

» Fossato. ineptum scriptorem.

» Quarū L. Christe. quid si Carystia legas? à Carysto. s. Euboeæ oppido. Cary-
stia.

» Sienitides à Siene ægyptiæ intelliguntur, quæadmodum Numidicæ ex mar-
more Numidico.

» Basilicæ centenariæ. à centum uidelicet passibus dictæ: uel quod melius, à cen-
tum columnis: dicta enim hecatonstylon inde est.

» A tutelis. ne paruum hoc munus existimes, paucissimis hoc dabatur. iurecon-
sulti de tutelis autores.

» Nymphæa, id est, lauacra. Nym-
phaa.

» Lithostrotum. pauimentum ex tessellatis lapillis. Litho-
strotū.

» Archolentes. tu iubatos intellige, sed & acroleontes pleriq; probant. Archo-
lentes.

» Apud Circeiam. tu Circusium lege. quod oppidum receptum à Diocletiano
mœnibus ac turribus ampliatur est. Acro-
leontes.

EX MAXIMO ET BALBINO AVGGV.

» Praeposenda eorum uita Gordianis fuit, ut series instituta à nobis texatur.

EX VALERIANO.

» Hic Philipporum & Deciorum uitæ desunt.

EX GALIENIS.

» Astacū, quæ Nicomedia, sic reponere. inde em Astacen⁹ sinus. Eusebius & alij.

» Aphronitris. spuma hæc nitri Asiæ ac Ægypti peculiare in speculis colligi soli-
ta, quas coligas appellabant. picatis uero hæc uasis ab Ægypto Romam defe-
rebatur. Martialis.

Rusticus es, nescis quid græco nomine dicar:

Spuma uocor nitri, dicor & aphronitron.

Principem. tu principe reponere: nam à Claudio Cōstantinorū gen⁹ ducebat.

» Facto fœdere. tu fracto reponere.

» Cyclopea luserunt omnes apenarij. apenarios de græco uerbo ἀπηνῆν uehicu-
larios appellatos opinor. Cyclopeam uero eam saltationē intellige, cum in for-
mam Cyclopi proceri ac deformis quispiam saltaret. Horat. & Trebellius in
Carino. Libet autem Lucilianos uersus ad rem uidelicet facientes addere. Ape-
narij.
Cyclo-
pea.

Multa hominum portenta in Homero uersificata,

Monstra parant: quorum in primis Polyphemi⁹ ducentos,

Cyclops longū pedes. Sed qd' de apenarijs dixim⁹ æstimandū. quid si arena-
rios legas? & intelligas eos, qui in arena operam præstaret, id qd' magis probo.

» Dracones, id est, uexilla longiora, unde draconarij. Draco-
nes.

» Hecatōbis. qd' factū id esset, aut quō celebraret, ex hoc autore copiose accipies.
Heracleam

- » Heraceam perueniunt. Ponticam intelligit olim claram.
- » Facta carragine. nouo uerbo, & satis barbaro coactas in unū eorū copias intelligit, & impedimēta cū lixis, ac carris, q̄s innumeros ea gēs trahere secū solet. Carrago.
- » Et quidem Cecropij Dalmatarum ducis manu. deerat enim hoc uerbum, quod & repones.
- » Tetrastiche, pentastiche, id est, quaternum ordinum & quinum. unde & disticha & tetrasticha. nisi tetrastylen & pentastylen malis.

» Διὰ τεσσάρων, id est, singuli ordines quaternarij essent.

EX SALONINO, SIVE GALIENO IUNIORE:

- » Ad exemplum protrepticū. exhortatoriū & instruentis, ἀπὸ τοῦ προτρέπτη.
- » Constelatos, bullatos intelligo, & insignitos ueluti stelis.

EX CLAUDIO.

- » Ancillarij, seu ancillarioli ministri lenonum & impudicarum.
- » Munerarius, qui gladiatores ædebat: nam munera nemo nescit gladiatorios intelligi ludos. Munerarius
- » Tu qui nunc patrias gubernas oras. Versus meliori lima reddendi.
- » Antialo. quid si Anchiālem legas Illyricum oppidum. P.
- » Cumacum. quid si cucumam legas cypriam, id est, aream?
- » Brachialem, id est, brachij ornatum.
- » Chryso-graphata, id est, auro sculpta.
- » Adidas. Vergi. Teretes sunt adides illis.
- » Succubitana purpura, à Succubi Africæ oppido Augusta colonia.
- » Subarmale unum cum purpura maura. de subarmali diximus nouo & ipso uerbo, quod sub armis gereretur.

- » Accubitalium. P. culcitrarum & stragulae uestis.
- » In Thermophas. emenda Thermopylas.
- » Corymbiatum, id est, corymbis undiq; circumdatum.
- » Pateram argenteam ederariam, ad ederae formam sculptam.
- » Bolitera halecuticum, id est, iaculum piscatorium.
- » Calices ægyptios, id est, uitreos.

Chlamydes ueri luminis limbates, id est, splendidissimas limbis adhibitis.

- » Singiliones, genus est uestis, uerbumq; cum ipsa ueste barbarum. Singiliones.
- » Cucutia. nouū & hoc uerbū ac militare, nisi tu capitia, quod minime probo.
- » Oraria Sarabadena, id est, uela subtilissima ex oriente: nam & Sarabara genus est Persicæ uestis. Vnde & Augustino, ac Hieronymo Sarabaytae haretici. Sarabara.

EX AVRELIANO.

- » Hilaribus. hilaria dies festus VIII Calen. Apriles, in quibus lætitiæ exordiū erat, q̄ primū tēpore sol longiorē diem faceret, Pani deo dicatus omnium auctori. Hilaria.
- » In odem, tu eodem.
- » Et postea multa omnia, omina restitue.
- » Balistea, id est, quæ iacularentur in illum iocantes ἀπὸ τοῦ βάλλειν.
- » Ferramenta samiatā, id est, mucronata & exacuta. Non.



- " Mulum centuriatum. qui singulis centurijs ad onera ferenda assignatus erat. Mulus centuriatus.
 " Porcina. tu porcinae & carnis intellige.
 " Pabuli extra ordinem decernis. uide ne pabuli ius scribendum sit.
 " Nicopolis. triplex haec urbs Stephano. Epiroticam uero hanc existimo ab Augusto ob uictoriam Actiacam conditam.
 " Ityreos. id est, Arabas. Vergi. Ityreos Parthi torquentur in arcus.
 " Multitias. quarum & Iuuenalis, quasi mollitias. alioqui & pelles deliciores tractatu nos multitium redolere dicimus. Multitia
 " Deputet Scipionem. id est, eburneum bacillum principatus in signe.
 " Tunicae lineae. paragaudae. dicitur mox.
 " Hami montem. diuisim legas.
 " Na belli illi uirtutibus tuis credo. quis non uideat. summa, aut quod simile deesse?
 " Equites sane omnes an imperium. tu reponere. equites sane omnes ante imperium. paruus lapsus. sed qui morari aliud agentes possit.
 " Patrimis. matrimisque. quid patrimi. matrimisque pueri. ex Festo.
 " Ambarualia. sacra ab urbe ambienda.
 " Quasi in Christianorum ecclesia. nota summam hominum impudentiam. qui uelint nolint. etiam per iniurias laudare nos coguntur.
 " Pontus Polemoniacus & Alpes Cottiae. utraque prouincia a suis regibus dicta. altera a Polemone. altera a Cotto rege: quas Nero princeps in prouinciae formam redegit. sunt autem Cottiae Alpes. in quibus Genua continetur. Polemoniacus autem pars ponti. Cottiae Alpes.
 " Transactis igitur quae ad sectiones. quid sector sectione sit. mediocriter eruditus etiam cognitum.
 " Contra Palmyrenos. Palmyra omnium orientalium urbium in Syria olim maxime insignis. uel bellis contra Traianum & Adrianum gestis. uel Odenati principis nomine: olim a Solomone rege condita. dierum duorum itinere a superiore Syria distans. ab Euphrate unius. a maxima Babylone sex. dicta quandoque Adrianopolis: a Graecis autem Palmyra. a palmis. ut puto. eo in loco abundantibus. puteis & fontibus frequentibus. cum circum ea loca nusquam aqua alibi inueniatur. Thadamas Syrorum lingua nuncupata. Palmyra
 " Thyana. ciuitas haec Tauro ad portas Amanicas apposita. Cappadociae ac Ciliciae media. Apollonio philosopho ciue insignis. Thyana
 " Quid enim illo uiro diuinius? ad one Christiano nomini infesti fuistis. ut magum hominem. certe a cultu uerae religionis alienum pro numine coleretis. CHRISTVM. ac ab eo Christianos dictos. nullorum facinorum reos. quin potius uirtutis assertores. ac uerae pietatis. tam infesto animo insequeremini?
 " Dromedam uocant. sacrae litterae dromedarios a cursu uelocissimos camelos appellant.
 " Decollari. restitue declarari.
 " Sandix Indica. ex cerussa haec fit aqua portione rubrica admixta. color est purpureus. magno multorum errore. quod scandycem a sandyce non discernant. sed alias. Sandix. Cornicibus.

- » Cornicibus, atq; laticinibus, tu liticinibus à lituo. Vnde & Statius, Liticenq; notus Hectorius armis.
- » Tunica galbina. Vnde etiam nos hodie Gabanos crassiorē uestitū dicimus.
- » Quæ nunc saliginei. tu à filigine filiginei substitue.
- » Fuit & sub Aureliano Monetariorū bellum. Monetarios imperatoris edicta Monetarij. uident innuere, uiles homines texendis scilicet uestibus idoneos, quiq; lanam ducant, & textricium faciant: ut imperite pro ijs, qui monetam cudant, hic multi intelligant. nam Gyneciarios & Monetarios & Baphiarios iunctim appellat.
- » Amnestia, id est, obliuio, res ab Atheniensibus primum usurpata Thrasy- Amnestia. bulo autore, inde sæpe ab alijs tentata.
- » Maximumq; tu Maximinum, uel Maximianum lege.
- » Atq; ambolicas species. sunt qui antolicas, id est, orientales.
- » Batteo, tu bateo, id est, purpureo repono.
- » Filiorum. emenda foliorum.
- » Paragaudas. genus est uestis, ut plurimum uirilis lineæ, quod sub alia ueste Paragauda? gereretur: cuius apud imperatorem mentio & iureconsultos.
- » Rectis purpureis. quæ purpura recta textæ essent.
- » Monolores, id est, unicolores, & bicolores. Quid si à loro uno & duobus & Monolores. tribus dictas esse censeas uerbo græco & latino?
- » Alpes maritimas. eas intelligit, quæ Liguria, Narbonēsiq; Gallia incubant.
- » Facta erat ratio doge cupparū. quid essent cuppæ ostendimus. Corrupta autem hæc lectio, quomodo restituatur adnitendum.
- » Oraria ad fauorē. qui mos emunctorijs euentilandis hodiēq; retinetur. nam Orarium. oraria lintea tenuiora significant.
- » Miliarem porticum. milliariam melius à mille passuum longitudine.
- » Calceos mulleos. regum Albanorū, mox patriciorum fuere gestamen. à mul- Mullus. lando, id est, suendo, si Festo credimus, dictos. unde & Mullum piscem dictum esse putant. hederatios autem ac cereos utrosq; à colore dixit.
- » Pro senatorijs professionibus, id est, censibus, uti uidelicet quisq; in censum professus esset.
- » Annulum sigillaritium, ad signandum.
- » Phagone, unde & nomen illi, φαγῶν enim Græcis, Latinis uorare est.
- » Infundibulo apposito. instrumentum ad liquores infundendos Catoni, ab Infundibulum. infundendo, ut arbitror, dictum. Orca autē capacissimi uasis genus Hispania, Orca. quo salsamenta, uinum & oleum & salgama conderentur, ab orcæ marinæ similitudine. Pers. Angustæ collo non fallitorca. Varro, Probus, Festus.
- » Natalibus suis & parilibus. parilia dies natalis urbis Romæ: nam & Calen. Ianuariæ citra omnium supplicium ac pœnam exigebantur.
- » In ciuicos archis. Corrupta lectio, sed quæ forte ita restitui possit, in publicis archiuis. appellauere autē archiua loca, in quibus publicæ tabulæ asseruabant. Archiu.
- » Sartis tectis Capitolij. ut sartū tectum, id est, integrū capitolium tuerentur.
- » Auro clauatis uestib⁹, id est, quæ clauos aureos, nos flores appellam⁹, haberēt. Clau in uestibus.

» Hecatombæ monstratum est superius quid esset. Hecatombæum certe græcis dicitur, quicquid duabus minis æstimatur. sunt & Homero Glauco hecatombæa arma, quorum & Iustinianus in præfatione Pandectarum meminere. Hecatombæum.

» Omnia imperij, restitue, omnia.

EX PROBO.

» Specillatam, specillis ornatam.

» Hastis puris, sine ferro: ut uexilla pura, id est, candida, infra dixit.

» Eandemq; à rebellionibus uni dicauit, restitue, uindicauit.

» Inuitus & redactus, quid si reluctatus?

» Quod imperaret Probus milites, uerbum, milites, superfluit.

» Prædam deinde omnem illi præter diuinas, quid si druydas? ut tamen deesse uersiculus uideatur.

» Nigrum & album, tu Albin repone. Indytum olim in Hermunduris flumen, Albis.
sed quod iam pridem intercidisset.

» Limitaneis, qui limites tuerentur.

» Supplices, statimq; iacuerunt. Tu strati adscribe.

» Cæterasq; gentes ita confudit, quis non uidet, contudit esse legendum?

» Blemyas, his populis inter Aethiopes capita dicuntur abesse, ore, & oculis pectore affixis, unde & pro miraculo spectabantur.

» Contis ficis, dubia lectio, nec q; pacto restituenda satis constat: nisi à ficu ficios deduxerit, qd si ita legas, Contis & Sibinis? Est aut sibina Festo Illyrici gen? teli. Sibina.

» Quod ille compererat animo, melius conceperat.

» Huius familiæ posteris, posteros adscribe.

EX CARO.

» Sed auos, tu auum emenda.

EX NUMERIANO.

» Eumq; ante signa & principia protraxere. Principia erat statio, ubi principes legionum consisterent. Principia

EX CARINO.

» Carianus, lege, Carinus.

» Neurobaten, id est, per neruos incedentē: ut Schenobaten, id est, funerepum. Neurobates.

Tichobates. Tichobatem autem Græci appellant, quem iureconfulti directarium à dirigendo se in aliena cœnacula appellant. Schenobates.

» Salpinctas, sic enim leges, & Tubicines intellige από τῆς σάλπιγγος.

» Camptaulas, id est, centum, qui tibiæ sonum aliquantulum inflecterent: quod nos emendauimus mendosissima alioqui lectione. Pithaulas autē quasi tibijs persuadentes tibiæ dicas. Camptaulas.

» Cyclopem adornatū. Cyclopeam saltationem, de qua superius, innuit.

» Pallio Ianthino, unde & ianthina uestis Persio.

» Plumandi, id est, texendi. Græci polymita à liciorum uarietate: unde plumarij & opus plumatile Nonio clauatum interpretatur, aut ex pluma factum. Polymita.

» Birri ab Atrebatibus petiti. Birri uestis Gallicæ genus, sunt autem Atrebatæ Plumarij.
Birri.
Atrebatæ.
hodie.

hodie, qui Arres Gallica lingua dicuntur, aulæis texendis percelebres. Vnde aulæa hodie laudatissima.

» Ballionibus, id est, lenonibus, à Ballione Plautino lenone. Balliones.

EX AELIO VERO CAESARE.

» H.S.III. millies. infinita hæc pecuniæ uis, ut ipse autor paulo post dicit: atq; ad normam mihi præscriptam in Tranquilli annotationes dirigenda.

» Quia uota interueniebant. quorum interuentu luæctus omnis tollebatur.

» Quatuor anaclyterijs, id est, accubitorijs. Anaclyteriũ

EX AUIDIO CASSIO.

» Fatuum morionem, id est, mimum ineptum.

» Et inciso ipso. tu inciso ipso, repono.

» Campestri solo tectus. succinctorio. quo in gymnasijs & palæstris uterentur, Campestre.
subligar etiam à nostris appellatum, unde campestrati. Subligar.

» Bucellatum, à buccæ siue bucella. Marcellinus. quod in sedibus erat, frumen- Bucellatũ.
tum ad usus diurnitatem excoctum, bucellatum uocabant. unde nos fortasse
bucellatum etiam panem appellamus in orbem factum gestatu comodiorem, Bucellatus
ut quem Pertica immisum sine grauiore impedimento secum haberent. panis.

» Aut impeditur. tu impenditur.

» Programma, id est, edictum græco uerbo. Programma

» Bucolici milites, id est, rustici & agrarij, qui graue bellum excitarant.

» Consensum male. quare consensu redde.

» Aeruscatores diuinaculos, qui uidelicet ara undiq; aruscarent, ac corradere- Aerusca/
nt. Festus, & Gellius. tores.

» Rebelliones pro rebellibus. qua forma perduelliones dicebant antiqui. Rebelliones

» Multis elogijs, testificationibus tam in laudem, quam in infamiam: tamen si Cicero pro simplici quadam sententiæ significatione acceperit.

» Bonis patribus. tu uide ne melius, partibus.

EX PESGENNIO NIGRO.

» Inter lapidationes. quibus Iulianus princeps à populo Ro. petitus est.

» Ex interdicto. formula iuriconsultis usitata, quoties quis iniuria in alienam possessionem irrumpt. Cic. etiã pro Cæcinnâ, sæpe huius ritus & uerbi meminit.

» Stellaturas accipe, id est, munera per calumniam aliquam iniectam militi, uel Stellaturæ
quid aliud tale, ut satis copiose superius monstratum est.

» Mustuo. nos hodie musaicum appellamus. utitur & hoc uerbo D. Augusti- Mustuum.
nus libris de ciuitate dei, & Pli. aliqua tamẽ differentia uerbi. unde muscarij, qui Musaicum.
male muscarij etiam à doctis, apud iureconsulti leguntur. Muscarij.

» Cauum argentum, id est, catinum nouo uerbo. nam Cauus foramẽ est intra Cauus,
parietes, quibus mures latitant.

» In zonis. magnam enim stipendijs partem in his habebant milites. unde illud In zonis mi-
Horatijs, litũ pecunia:

Ibit eò quò uis qui zonam perdidit.

» Et inepta. melius fortasse nec inepta, atq; ridicula.

» Trichoro. à triplici ordine structuræ sic fortasse dictus: nisi si citra aspirationem legas, & à corio, q̄ cursus uulgo in parietibus cōstruendis dicat̄, Tricoriū deducas. Tricoriū
EX ALBINO CAESARE.

» Cum eum successorem. tu expunges, eum.
» Ficus passarias, quas Græci callistrutias.
» Milesias, fabellas lasciuas intellige, quales Aristides olim libros milesiacos Milesiæ
cōscripsisse dicit̄, sed iam canratissima omnia inter milesias punicas Apuleij: ut fabellæ.
hinc literatores desinant quærere, unde ille apud Apuleium milesius sit sermo.

EX GETA.

» Hostiam popa nomine Antoninus. Popam ueteres uictimarium dixerunt: ut Popa.
in Caligula illud poparum habitu sit omnino legendum.

» Farrata, Edulium à farte fortasse dictum, quid si ferra legas? Est autem fertum Fertum
libi genus in sacris adhiberi solitum. Festus autor.

» Lorica sublato clauo, i. senatoria, ac principali ueste, unde latidauij senatores.

EX VICTORINO.

» A quodam actuario, qui uidelicet acta eius exscriberet.

» Digito salutari, hic proximus pollicis est, quo cum minus cōmode Augustus Salutaris digi-
princeps uteretur, corneum circulum substituisse à Tranquillo dicitur. tus.

EX AVREOLO.

» Apud eum pontem, qui Aureolus est dictus, hunc in Mediolanensi agro ad Aureol-
huc pleriq̄ ostendunt, & Pontiolum corrupto uerbo, quasi pontem Aureolū pons.
appellari contendunt.

EX HERODE.

» Sigillata tentoria, uarijs signis distincta arte plumandi.

EX BALISTA.

» Dispositionem me Balistæ, psequere, expunge illud me, & statim lege, in forma.

EX VALENTE.

» Auunculus magnus, aui & auia auunculus.

EX PISONE.

» Cui se Cicero nobilitandi gratia sociauerat. Data uidelicet Tulliola in uxorem Pisoni cognomento Crassipeti: quo mortuo, Dolabellæ iuncta est. Pisonū
autem familiæ cognomen frugi astructum notum est à parsimonia uiuendi, &
optimis eorum moribus in omni uita.

EX AEMILIANO.

» In huius uita adnotabis illud, quod de Aegypto traditur.

EX ZENOBIA.

» Media etiam Coclide, compositionem & ornatum capillorum hoc nomine uidetur appellasse, ad Coclidis scalæ similitudinem, quæ paulatim per gradus Coclis,
occultos in Cochleæ formam constructa, nomen inde sibi (ut opinor) peperit.

» Epitomasse, breuiarium confecisse uerbo malo.

EX TITO.

In Maximino Tyrum legas, quem hic Titum appellat.

Argolicam

Argolicam, sed amatam, tu lege, armatam.

EX FIRMO.

Ἀυτοκράτωρα, id est, Imperatorem.

Domum iudicum, tu iudicum repone.

Canon, sic annua frumentatio appellabat, quā Aegyptus & Africa, & Sicilia statam PO. RO. pēderet. Vnde ille septē annorū Canon à Seuero Po. relictus. *Canon*

Omnes certe lymphiones cuiuscunq; artis & uidetur, erade copulam &.

Omnes certe lymphiones, nouo uerbo satagentes quosdam, ac curiosos (ut Lymphio-
opinor) innuit: nisi si quis diuinaculos hoc uerbo malit interpretari, quos Graeci
νυμφολέπτοις autument.

Pergulas magistrales, iam & Pli. pergulas pictorum agnoscit, & L. Fuluium Argentarium spectasse è pergula coronatum rosis. Et Iuue.

Cui cedere debeat omnis Pergula.

Erat autem locus apertus ac soli expositus, saltem ex magna parte: ubi docerent Pergula.

Grammatici aut pingerent pictores: quæ amcenitatis etiam causa parata erant

Terracijs Venetis ferè adsimilia.

EX PROCVLO.

Albingauni, Liguria: oppidum Albenga uulgo dictum.

EX BONOSO.

Dux Rhetici militis, sic codices omnes. Quid si limitis legas: nam & in Aure-
liano meminit Amulij Saturnini Scythici limitis, & Iulij Tryphonis orientalis
limitis, & Criniti Illyriciani limitis, & Thracij & Fuluij Borij Rhetici limitis Du-
cum: ut uenire in dubium non possit, limitis, nō militis esse legendū, sed & impe-
rator Rheticum limitem agnoscit, unde & limitanei milites, qui limites tueren-
tur imperij. Ceterū & Riparienses hac forma, seu riparioli dicti uideri possint,
qui fluuiorum ripas obseruarent, quo uerbo recentiores scriptores sciant.

Limitanei,
Riparienses,
Riparioli.

EGNATIVS LECTORI.



OST absolutas obseruationes, cum quædam amici admonuif-
sent minus diligenter animaduersa, quædam mihi inter legen-
dum occurrissent, uti sit, accuratiore studio cognita, subnecte-
re illa uisum est operæ pretiū fore: uti quā animi propensionē
literas iuuandi ab primis annis citra omnē ambitionē semper
hausi, eam perpetuo tenore ingrauescente etiam ætate retineam. Nec sanè aut
nunc me pudeat, aut in posterum unq; pudebit, dum prodesse multis possum,
etiā culpam prodesse meam: quā nec alijs occupationibus, nec festinationi etiā li-
brariorū imputem. homo, inquit ille, sum, nec humanitatis aleam reformido, &
alióqui cur mea me delectent malā fallantue potius, q̄ ipse per me sapiam: aut
cur alienā condénationē expectem, quā ipse exceptione rejicere habeam: nisi si
quis iniquo etiā iudici causam approbaturū se suam speret: uerū hoc uix unus
Scipio inter tot sæcula sperauit. Ipse igitur ego & quædā simul amplio: nec quid
sequar, satis exploratū adhuc habeo: cū præsertim scriptores hi multa innouata
retineant,

retineant: quæ fortunæ magis, quàm diligentia sit inuenisse. Quare cum in bonum culpa hæc cesserit, ignoscant quæso mihi, qui sciant in homine multo minus mirum esse nescisse quædam, quàm uni constare omnia. Consulant se singuli, & suo se (quod aiunt) modulo metiatur quisq; haud sanè tam acerbe alienam negligentiam incessat, qui suæ sibi conscius esse uelit. Vale.

EX ADRIANO.

IN fronte ubi apud Italiam Scipionum temporibus resedisse Adriani maiores scriptum est, tu Italicam repone. unde paulopost Italicæ dicti: quibus delictum detrectantibus uehementissime iratum Adrianum dicat, cum de Italis interim intelligendum scripserim: qui Hispaniæ ciuitates incolerēt. ab hac urbe Silius etiam (ex ea enim oriundus erat) Italicæ cognomentum retulit.

EX PIO.

Legatum pœnæ causa. Alciatus meus iuriscōsultus celebris, alium huius sanctionis sensum existimat. Credit enim de legato intelligi, cui pœnam testator adscripserit, nisi hæres id præstitisset.

EX ANTONINO PHILOSOPHO.

ET Seuerum Turmis equitum Romanorum iam cōs. designatum creauit. Tu VI uirum, id est, seuirum restitue. unde & seuirales ludi paulopost dicantur. VI uirorum autem in monumentis, marmoribusq; ueteribus mentio fit ea præsertim tabula, quæ Mediolani in Ambrosij fano spectatur. hoc nos Alciatus Mediolanensis primæ nobilitatis admonuit: quem propter morum suauitatem & singularem eruditionem plurimum colo.

EX COMMODO.

GAneas semper in Palatinis diebus fecit. tu eodem autore ædibus pro diebus lege. Quid si Pactumeium pro Pactuleio legas? Horatio in Epodis & iureconsultis autoribus.

EX HELIOGABALO.

Non ignorandum & illud, uetera multa nomismata extare, quæ Alegabalum semper præ se ferant.

ANNOTATIONVM IO. BAPTISTAE EGNATII

VENETI IN AELIUM SPARTIANVM,

LAMPRIDIVM, ET CAETEROS,

F I N I S.